



Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.


For more information see:


<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>




This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.









*N. Wether
Univ. Cal.*

PRINCIPIORUM MOSAICORUM

LEMMATA.



Libri post S. S. Optimi

D E

PRINCIPIIS MOSAICIS,

Authore Viro Eximio

JOHANNE HUTCHINSONO,
LEMMATA, five CAPITULA,

In MANUALE Philosophicum & Theologicum

Juxta rerum descriptarum ordinem

Summatim disposita,

Et Latinâ Linguâ donata,

Ab Authoris ipsius, nec non Archetypi ejus Studiofo


T. P.



x In Ufum Juventutis Academicæ.

L O N D I N I:
Apud T. GREEN, prope Charing-Crofs.
MDCCXXXIV.

101. h. 73 (1)





Juventuti Academicæ

Ad Linguæ Sanctæ Studium

PRÆFATIO PARÆNETICA

Verbum illud Concionatoris, optimi Juvenes, spes nostra, “Estne aliquid de quo dici queat, aspice hoc novum est?” nullo tempore infinuari aptiùs potuit, quam nunc ex occasione hujus mei ad vos alloqui. Descriptiones enim plurimæ summi momenti rerum, quæ hîc vobis offeruntur, ab Authore nostro optimo è S. S. Hebraicis, elaboratæ, in opprobrium seculorum proximè elapsum nefandum, jam pro novis, ac ferè portentosis habentur: ab antiquo tamen revelatæ sunt, etiam a rerum primordio, & desciscentes ab iis Viri qui dicuntur docti, à veritate simul retrò tulerunt pedem, & labyrintho errorum sese implicarunt: verum enimverò, quoniam in vagis animi motibus requies potest esse nulla, se in exquirendo usque novas scientiæ rationes ac modos exercuerunt, accumulantes nimirum sine fine sibi Doctores ac Dogmata, donec eò tandem ventum est, ut res nobis literaria neque secùs neque rariùs habitum mutarent quam vestiaria, neque minùs quidem ridiculè. Quomodo enim discursantes à Scholasticis argutiis ad nugamenta Mathematica, ab Enthusiasticâ quâdam Theologiâ ad frigidâ

gida & ignava nescio quæ Ethica, a Sympathiâ, Antipathiâ, & cæteris ejus farinæ deliramentis ad Gravitationem, Attractionem, Elasticitatem, Spiritum res inanimas intus quidem animantem. h. e. à qualitatibus occultis ad qualitates occultas, à vorticibus denique ad vacuum. i. e. à nihilo ad nihilum, velut Oestro quodam vagæ Philosophiæ, seu potiùs Sophomoriæ, perciti, transfugimus? Unde evenit tandem ut qui simus, aut ubi simus nos, nesciamus ipsi. Intereà & in rê Religionis de die in diem in pejus ruitum est: vidimus enim, proh pudor! S. S. Scripturas veneranda illa Dei oracula, ab Arianis, Socinianis, Hobbitis, Collinistis, Tindalisticis, aliisque id genus probris, aut palàm impetita aut perperàm applicata: & quibus plerumque Defensoribus? Nonne istiusmodi homunculis, adeo S. S. Scripturæ ignaris, ut planè dubium esset, utra Sanctæ Religionis plus ignominiosæ labis inureret, an horum defensio, an illorum oppugnationis: dum & ambo (quod ridiculum sit ni in rê tam feriâ foret) postquam canis instar & ursi, $\lambda\acute{\alpha}\xi \ \& \ \epsilon\delta\acute{\alpha}\xi$, uti aiunt, depugnando se utrinque delassaverint, procumbunt tandem, (neutro vel prædâ aliquâ potito, vel rê acu imo baculove aut clâvâ tactâ) risumque cum tristitiâ aut indignatione mistum spectatoribus præbent.

— *Pudet hæc opprobria certè,
Aut dici potuisse, aut non potuisse refelli.*

Diu! ah nimis diù erratum est! tempus est redeundi jam in viam: æquænam ea est Via? etiam quænam præter S. Scripturæ in suis Linguis Originalibus scriptæ, Veteris præcipuè Testamenti utpotè fundamenti Novi, in suâ
He-

Hebræâ? Cujus ignoratio unica certè res est quæ semper peperit barbatulos tot in Philosophiâ stolidos, imberbes tot in Theologia Hæreticos. Eo verum noto (uti par esset) ac perspecto, ne canis quidem oblatrare audeat. Quare si aut Eruditio aut Religio vobis cordi est, in hoc incumbatis, ut S. Scripturæ intelligentiam è suis Fontibus, præcipuè inquam Hebræo hauriatis: in quo, pro Whistono, Clarkio, Woolastono; pro Aristotele, Cartesio, Newtono, eorumve aut affeclis quibuslibet aut adversariis, Deum ipsum audietis vos alloquentem, Arcana Naturæ ac Theologiæ vobis palàm facientem, idque verbis quæ ingerunt Ideas quidem certas atque absolutas, quæ res invisibiles & incorporeas per visibiles & corporeas explicant, atque ità alta rerum Divinarum mysteria ad sensum & perceptionem deducentes, Certitudinis suæ indubitandæ probationes simul perhibent. Hæc certè omnia non jactitata ut antehâc, sed abundè monstrata ab Authore nostro vidimus, Thesaurusque remotissimæ vetustatis unà reclusos. Vestrum est, optimi Juvenes, S. Scripturæ studio incumbere, ut inventis jam frui possitis, & exploretis plura. Hoc verò fieri nequit obambulationibus aut computationibus, ludis agendis, genio indulgendo, & curando benè cutem, sed ferendo & faciendo, sed sudando & algendo: ut sic per virtutis arenam ad Honoris Templum aditus vobis pateat. His studiis jam neglectis, simul ipsa desolata & deplorata jacet Veritas. Ne finite diutiùs vos, vel de ferio vel de ridiculo, sensu vestro communi spoliari, quasi studium cui æterna Veritas ac Sapiencia parent, & tanquam ancillantur, sit rude quid & impolitur, bardo ac stipite quôvis unicè dignum. Hoc bardis quidem diù in ore fuit, & quoniam plures ferè præponderant melioribus,

hoc

hoc nimium persuaserunt aliis, Magnanimus & felix qui
pravæ consuetudinis ac præjudicii jugum excufferit. Quicquid
quid alii contra miffitent aut obgannient, vos adeatur
Deum Doctorem fuis verbis loquentem; Vos vobis fapite
ac liberate animas vestras: &, quoniam Seniores nolunt, aut
aliis implicati curis nequeunt, vos, Juvenes, labascens (fi
sic loqui fas fit) sustentate & fervate seculum. Valet.





PRINCIPIORUM MOSAICORUM LEMMATA.

בראשית ברא אלהים את השמים ואת הארץ: Gen. i. 1.

In principio creavit Elohîm ipsos cœlos & ipsam terram.



Rimus Dei in Creatione rerum actus describitur. Scilicet Elohîm fecit ex nihilo corpuscula Materiæ in aeriis & terrestribus circumferentiis contentæ: & quidem fecit ea utraque in Chao suo existentia. Atque ità duplex in universum factum est Chaos, Cœlorum nempe & Terræ; sic ut terrestriam corporum Chaos in colluvie illâ lutosâ, quæ dicitur * *Aquæ*; cœlestium itidem in aeribus, quibus nomen † *Caligo*, ineffet.

Terrestrium verò corporum Chaos, cum corpusculis è quibus constant Terra & Aqua, corpuscula etiam illa è quibus constant Homo, cæteraque Animalia, Vegetabilia, &c. in se continebat.

והארץ היתה תהו ובהו וחשך על פני תהום ורוח אלהים
מרחפת על פני המים: v. 2.

*Et ipsa terra erat informis & vacua, & Caligo super
facies Abyssi, & Spiritus Elohîm incubans [movebat]
super facies aquarum.*

* v. 2. infrâ.

† Ibid.

Statûs sitûsque rerum in, & prope Chaos terrestre post ipsam Creationem primi, descriptio generalis hęc commate exhibetur. Chaos illud, sive lutosa Terræ cum Aquis mixtura, informis erat & indiscreta quidem rerum colluvies, eademque prorsûs vacua, præterquam quod Caliginem, h. e. aerem nondum motu aliquo gaudentem in sinu suo gestabat: unde etiam factum est, ut Chaos cœleste sive aërium re unum, loco duplum esset, alterâ ejus parte in facie Aquarum exteriori, alterâ in interiori sive Cavo earundem, disposita. Tum vero

Caligo illa, sive Aer Caliginosus in Aquarum vacuum sive Cavum itâ detrusus, ut locum sic nomen quidem Abyssi sortitus est. h. e. idem tunc temporis Abyssio Aeris Caliginosi locus erat, qui nunc est Abyssio Aquarum.

Et Spiritus Elobim incubans [movebat] super facies Aquarum.

Primus Dei in Formatione rerum actus. Spiritus sive Aeres in superficie, tum interiori tum exteriori, jam primum motu donati sunt, Spiritu nempe Divino immediatè operante, ad Spiritum illum materiale sive Aerem ciendum. Et hęc quidem motu, neque ullus datur prior, neque Hic, nisi procurante immediatè Deo, effectus est; ideóque nec ulla alia media, aut interveniens motûs causa, alii cuivis potentiæ attribuenda est, Imo sed &, hęc primo Elementi istius impulsu, per Deum excitato, accidentia & operationes ejusdem universæ, aliis Elementis ciendis exin factæ, tanquam propriæ Dei operationes ipsi etiam Deo imputandæ sunt.

Effectus

Effectus vero motûs hujus Spiritualis primus erat aptare partes Tenebrarum, sive Aeres ipsos tenebrosos, ad proximam eorum mutationem subeundam.

———A Q U Æ.

Chaos illud terrestre, sive lutosa illa Terræ cum Aquâ mixtura, quoniam unum unius Fluidi usque dum sortita sit statum, uno nomine nominata est מים Aquæ; & Aquæ numero plurali; nempè ob situm & conditionem illam Aquarum trinam, quæ juxtâ earum revolutiones ex Abyssu per Terræ fissuras in Atmosphæram, & ex Atmosphæra per fluvios ac maria denuò in Abyssum, jam brevi iis assignanda fuit. Sic & אַרְצֵי vox, quâ vocantur Aeres, pluralis est; idque simili ratione, ob trinam Ignis Lucisque ac Spiritus conditionem, ipsis itidem Aeribus jam mox indè destinata.

Hic verò insuper monendum est duplam Formationis rerum particularium descriptionem a Mose dari in verbis. Et DEUS DIXIT, FIAT: & in verbis, DEUS FECIT. Scilicet ut per illud FIAT, significetur Deum, post primam creationem rerum factam, & Motum Aeri sive spiritui datum, per Media operatum esse: & per DEUS FECIT, Deum ipsa Media produxisse.

וַיִּבְרָא אֱלֹהִים אֶת הַלְּוָיִם וְאֶת הָאֲרָצִים וְאֶת הַיָּם וְאֶת כָּל הַיְּבֵשׁוֹת אֲשֶׁר עָלְיוֹתָאינן. 3. *Fiat lux.*

Secundus in Formatione rerum actus describitur.

Motus Aerum, qui actus *spirationis* eorum est, unde & nomen *Spiritus* ipsis contigit, paulatim traduxit eos in statum illum qui dicitur Lux.

ויברל אלהים בין האור ובין החשך vs. 4.

Et separavit Elobim inter ipsam Lucem ☉ inter ipsam Caliginem.

Actus iste separandi inter *Lucem* & inter *Caliginem*, stupenda fuit Aerum five Spiritus discussio five divulsio, quâ efficiebatur quæ infecuta est Expansio; & separatum est inter *banc* & inter *illam*, eò quod hac parte terrestris Sphæræ *Lux*, illâ Tenebræ per Vices existebant.

ויאמר אלהים יהי רקיע vs. 6.

Et dixit Elobim fiat Firmamentum [Expansum.]

Actus *Formationis* tertius. Firmamentum, h. e. Fluidum liquidum five tenue, expansione datâ factum, atque ità adeò obfirmando quidem ipsum, factum est: Obfirmatum autem est agitatione illâ Aerum qua primum lux, & dein brevi ipsum hoc Firmamentum effectum est.

Firmamenti vero sic facti ulteriora adhuc effecta sunt, utpote *expandere, diffundere, dilatare, attenuare fluida; comprimere, coercere, stabilire solida*, atque ità res in *classes* quasque suas *distribuere*. Hæc enim omnia per ulteriorem hunc, de quo agitur, motûs gradum, Aeri five spiritui cum Luce communicatum, peraguntur: & sic totus hicce actus dicitur ab effectû, tum in ipso, tum in operationibus ipsius producendis, FIRMAMENTUM, seu EXPANSUM.

Expansum verò ità adeò factum, imprimis in exteriori simul & interiore Sphæræ istius lutosæ facie operatum est, atque firmiter comprimens terram in Sphæram intûs cavam, Aquas in infimas superasque respectu sui & Terræ dispertivit; ità ut *in Centro ☉ Superficie esset Expansum; infra*

*infra Expansum hâc, & supra Expansum illâc, Aquæ;
& inter Aquas, Terra.*

Expansum igitur five Firmamentum nondum erat nescio quo in summis Cœlis; sed & intrâ, in caliginosâ quæ fuerat Aerum Abyffo; & extrâ, in lutosâ nuper mixturæ superficie: quo quidem factum est, ut Expansum interius in suprâ se Aquam, exteriusque in Aquam infrâ se proximam agens, Aquas, quæ unâ in lutosâ illâ voragine extiterant, à se invicem, in infimas superasque, uti dictum fuit, secerneret, ac divideret.

ויקרא אלהים לרקיע שמים vl. 8.

Et vocavit Elohim Expansum Cœlos.

Expansum aerium, jam modo quo vidimus, factum, h. e. Aeras ipsos itâ motu competente donatos Elohim vocavit שמים themim Nomina, quâ autem ratione posterius indicabitur.

Materialis vero quod attinet Cœlos, Hi falsò reputantur pro domicilio Dei, Angelorum, Spirituumque beatorum, proprio. Operationes tamen Dei in Cœlis istis & Terrâ palàm factæ, demonstrant visibilem & permanentem ejus potentiam, semper, & omni in loco præsentem. Doctrina autem VACUI, cum invisibilibus in isto VACUO agendi potentiis, solidæ materiæ infitis: Et sol atque Planetæ, quæ potentias suas longè in Terram, & in se invicem, exerere perhibentur, visibilem potentiæ Divinæ probationem adimunt.

ויאמר אלהים יקוו חמים מתחת השמים אל מקום אחד ותראה
היבשה ויהי כן:

Et

Et dixit Elobim congregentur aquæ, de subter Cœlis in locum unum, & appareat ipsa arida; & ordinatim dispositum est.

Per unum huncce locum intelligitur locus Aquarum interiorum cum Abyſſo illâ aeriâ suprâ memoratâ: Aere enim jam ascendere coacti superis Aquis patefactam dabant viam, quâ ad Congregationes suas, ad focias Aquarum inferiùs repositas, descendere, atque adedò in locum unum confluere possent.

Ex antedictis jam patet quænam fuerint Aquæ istæ quæ *supra Cœlos* extitisse dicuntur: nempe fuisse eas quæ in interiore Sphærâ repositæ (prout res a Creatione primùm constitutæ sunt) proximæ supra Aerum tenebricosum Abyſſum in Centro Terræ reconditam, appensæ sunt.

Sic & per *Cœli Cœlorum* intellectæ sunt duæ Expansiones, hæc in Superficie, illa in Centro Terræ eo temporè posita, de quibus jam plus semel dictum est; qui desiderat plura, is Authorem ipsum nostrum consulat.

De DILUVIO.

Ad Diluvium inducendum ratione formationi rerum primæ prorsus contrariâ processum est: Descensus enim denuò Aerum in locum Abyſſi, ascensusque Aquarum Abyſſi in locum Aerum descendentium, pluvix excitandæ causâ erat, uti ex Commate proximè explicando apparebit.

Gen. vii. xi.

ביום הזה נבקעו כל מעינת תהום רבה וארבת השמים נפתחו:

Illo ipso die omnes fontes Abyssî magnæ, & fenestræ Cælorum apertæ sunt.

Terræ foramina sive fissuræ per quas vapores ac fontes emittuntur, hæ jam ad Diluvium inducendum in vastos hiatus disruptæ, liberos Aquis ex Abyssô in Atmosphæram, Aeribusque, itidem ex Atmosphærâ in Abyssum, meatus præstabant, & sic universa fluctibus obruebant. Et fissuræ istæ appellantur quidem *fenestræ Cælorum*, quia transitum in commune præbent inter *cælum* quod fuit *inferum superumque*, sive inter *Aeras* &, quæ nunc est, *Abyssum*. Hic & obiter monendum est, quod anno quo prævaluit Diluvium, neque folia arborum marcuêrunt, neque ossa, testæ, &c. animalium putruêrunt, quod etiamnum reliquiæ Diluvianæ abundè demonstrant.

: ויגבר המים על הארץ חמשים ומאת יום : vi. 24.

Et prævaluêrunt Aquæ super Terram centum & quinquaginta dies.

Hæc Aquarum jam tertiâ vice memorata super Terram *prævalentia* *, & non illa minitata Terræ *perditio* sive *deletio*, intelligit Terræ quæ manifesto contigit, dissolutionem. Nam eò quòd dicitur Aquas *prævaluisse* Terræ, innuitur satis omnia ad *aqueam* seu *lutosam* eam, quam in principio sortita sunt mixturam, redacta esse. *Perditio* autem Terræ, seu *deletio* ejus fuit aliquid Terræ cum partibus animantium, plantarum, &c. commune: nam & hæ *perditæ* seu *deletæ* fuisse perhibentur †; has autem etiamsi *perditas*, non tamen fuisse *dissolutas*, certum est. Terram igitur fuisse *dissolutam*, non ex formâ

lo-

* Cap. vi. 13. † Cap. vii. 23.

Et dixit Elohim congregentur ad locum unum, & appareat ipse dispositum est.

Per unum huncce locum interiorum cum Abyſſo illâ aer enim jam ascendere coacti ſubiebant viam, quâ ad Congregationem inferiùs repositas, descendere, confluere poſſent.

Ex antedictis jam patet quod *supra Caelos* extitisse dicuntur interiore Sphærâ repositæ (præ constitutæ sunt) proximæ super byſſum in Centro Terræ recessas.

Sic & per *Caeli Cælorum* ones, hæc in Superficie, illæ repositæ, de quibus jam plus erat plura, is Authorem ipſum

De Diluvio

Ad Diluvium inducens primæ præſertim contrariâ denuò Aerum in locum byſſi in locum aerum causa erat, Com...

נפתח

ne
an-
atis
us a-
Gra-
is aliis,
ec. ne-
n Aquis,
in Terrâ,
, Argillæ,
ut quidam
nſi imperio

vii tempore
malium ante-
dilu-

lantis, arboribus, &c. ad
 in Terrâ repertæ, *dissolu-*
 m fuit, viro omni cordato
 ta stupenda Divinæ poten-
 umenta, ab hodierno aliquo
 ùm, at Patribus Ecclesiæ ve-
 n descripta satis relinquuntur.

ויסכרו מעינת תהום וארכת השׁ v. 2.

Abyssi & *fenestræ caelorum*; &
de Cœlis.

reformandâ Terrâ alter describitur.
 uprà vidimus, Aquarum dominio,
 erat: at caruit adhuc rimis & fissuris:
 jam & altiùs agere incipiens, Terram
 in Sphæram; verum, uti in formatione
 gram & infractam. *Fontes enim Abyssi,*
rum (illa foramina per quæ exire Aeres,
 ad centrum possent) nondum formata, e-
 nullæ erant jam fissuræ.
 nsuper monendum est, quod, ex quo fora-
 erturæ in Terrâ factæ sunt, & Aquæ in al-
 eptæ, Terra quamvis Aquis terminos ponat,
 ltâ vi pollet, ut eas intrâ terminos sic positos
 Totum hoc opus est omnia comprimentis Ex-
 quidem Aquæ, ob fluidam suam naturam faci-
 it, & subter Terrâ reconduntur, quæ utique so-
 cta consistentiam, compressioni aeris fortius

loquendi hâc, sed ex illâ alterâ, ut jam satis liquet, dicimus.

Cap. viii. 1.

ויעבר אלהים רוח על תארץ וישבו המים

Et transire fecit Elobim Spiritum super terram & sedate sunt aquæ.

h. e. Cessârunt ab imperio quo modo in universa prævaluerant. Hôc igitur loco actio Spiritus, sive Aeris, faciens Expansum, traditur renovata ; tum & Effecta ejusdem erant comprimere denuo solida, separare fluida, Aeras tollere, Aquas deferre, atque ità adeò res in pristinum quasque statum restituere, restituta conservare, &c. Materia enim unde constant Cœli motu donata, & faciens Expansum, vis est quâ operationes in rerum Naturâ omnes, plerumque *Gravitati* attributæ, peraguntur: neque enim ipse stratorum terrestrium situs, qui *Gravitati*, tantâ cum fiduciâ, vulgò ascribi solet, cum ipsis *Gravitatis* legibus conciliari ullo fanè modo potest: imò potius abundè occurrunt exempla corporum, contra omnes *Gravitatis* leges, in Terrâ dispositorum: verum omissis aliis, procul omni dubio Noduli Metallorum, Silicum, &c. neque in principio compacti aut confirmati sunt in Aquis, neque dispositi modo quo hodiè reperiuntur in Terrâ, scilicet cum testis levioribus, & in Stratis Cretæ, Argillæ, &c. vel juxtâ aliquas *Gravitatis* leges, vel, ut quidam somniârunt, fortuitò, sed ipsâ operatione Expansi imperio Divino immediatè subjectâ.

Tum quod spectat Terræ *dissolutionem* Diluvii tempore factam. Ossa, testæ, cornua, &c. veræ animalium antedilu-

diluvianorum exuviæ, eæ cum plantis, arboribus, &c. ad hodiernum usque diem ubique in Terrâ repertæ, *dissolutionem istam*, uti suprâ monitum fuit, viro omni cordato abundè probant: sed neque ista stupenda Divinæ potentiae in perdendâ Terrâ monumenta, ab hodierno aliquo Scriptore explorata sunt primùm, at Patribus Ecclesiæ veteribus nota, in Libris eorum descripta satis relinquuntur.

: ויסכרו מעינת תהום וארבת השמים ויכלא הגשם מן השמים: vf. 2.

Et occlusi sunt fontes Abyssi & fenestræ cælorum; & coercita est illa pluvia de Cælis.

Actus Expansi in reformandâ Terrâ alter describitur. Abrogato jam, ut suprâ vidimus, Aquarum dominio, Terra restaurari cœperat: at caruit adhuc rimis & fissuris: ideoque Expansum, jam & altiùs agere incipiens, Terram denuò composuit in Sphæram; verum, uti in formatione ejus primâ, in integram & infractam. *Fontes enim Abyssis, & Fenestræ Cælorum* (illa foramina per quæ exire Aeres, & redire Aquæ ad centrum possent) nondum formatæ, erant nullæ, h. e. nullæ erant jam fissuræ.

Sed & hîc insuper monendum est, quod, ex quo foramina five aperturæ in Terrâ factæ sunt, & Aquæ in alveos suos receptæ, Terra quamvis Aquis terminos ponat, non tamen istâ vi pollet, ut eas intrâ terminos sic positos coerceat. Totum hoc opus est omnia comprimantis Expansi, cui quidem Aquæ, ob fluidam suam naturam faciliùs cedunt, & subter Terrâ reconduntur, quæ utique solidam nacta consistentiam, compressioni aeris fortius resistit.

וישבו המים מעל הארץ הלוך ושוב: v. 3.

Et reversæ sunt Aquæ desuper Terrâ, ire & redire. h. e.
in recessu illo suo persistentes.

Actus in reformandâ Terra ultimus describitur. Meatus seu Fissuræ sunt factæ, per quas Aeres ascendere ex Terræ centro, Abyssi loco; Aquæ itidem descendere eodem in locum suum possent.


והמים היו הלוך וחזור וגו' v. 5.

Et Aquæ erant ire & redire &c.

h. e. Aquæ ibant, uti priùs, recedentes in Abyssum. Aquæ certè nullæ memorantur in locos *suprà Cælos* rediisse, ergo neque ullæ rediisse eò censendæ sunt.

Denique hîc obiter monendum est, Aquas recessu suo superficiem tantùm Terræ reformasse, Strata vero terrestria quæcunque sunt actu reformationis secundo composita fuisse, nempe cum Terra integra & sine fissuris, prout vidimus, consolidari cœpta est.

Quoniam nonnullis forsan opus antedatum per se nimium breve censerî potest; visum est in subsidium ejus, & ritu appendiculæ, hîc ad calcem adjicere Sciagraphias quasdam, nec non notulas partium earundem descriptivas, manu artificii elaboratas, & illustrandis ultrà rebus in Lemmatibus nostris ità pressius indigîtatis, inservientes.




A. 1. Pars Tenebrarum seu Aerum tenebroforum qui super facie atomorum voraginosorum, h. e. Chaoticæ Terræ cum Aquis mixturæ, exteriori, in statu suo inertis, primo Creationis Actû, constituti ac dispositi sunt.

A 2. Pars altera Tenebrarum, seu Sphæra illa inanis five cava Aerum tenebroforum, qui sub facie Chaoticæ Terræ cum Aquis mixturæ interiori, itidem constituti ac dispositi sunt, quæ Sphæra Tenebrarum interior jam brevi in locum Abyssi Aquarum subterraneo destinatum, adaptanda fuit.

B,

B. Terra informis & inanis five cava ; seu Chaotica Terræ cum Aquis mixtura, quæ, in Sphæram, ut suprâ descriptum est, cavam, cum tenebrosis tantùm Aerum five Spiritûs granis & ab intrâ & ab extrâ dispositis, fusa est.




C. 1. Aeres illi qui fuerant tenebrofi A. 1. hîc jam in ftatu fluido five limpido exhibentur fuftentati, utpotè conftantes ex aptâ *Granorum* five *Spiritûs*, Atomorum- que five *Lucis*, mixturâ; quem filicet utrumque, & Spiritum & *Lucem*, motu in vicem contrario, aétu Formati- onis fecundo ac tertio gradatim fupponimus donatos; quod factum eft modo quo nunc, in motu eorundem illo a centro fuo fole, ad Circumferentiam cœleftem, fe- runtur; qui motus ipfe dicitur *Expansum*.

C. 2. Aeres illi qui fuerant tenebrofi ac inertes. A. 2. hîc itidem in ftatu fluido five limpido exhibentur fuffentati, Spiritu filicet dilatato jam per lucem vel inibi effectam, vel defuper permeantem, & agentem, non quidem in formâ Lucis Oculis ac Vifui aptâ, actu tamen illo qui & dicitur Expansum.

D. 1. Pars Spatii illius B. quod primùm Chaoticâ Terræ cum Aquis Mixturâ fuerat refertum, quod verò partibus terreis jam ad intrâ five deorfum expreffis, dicitur AQUÆ sub Expanso [exteriore] repositæ.

D. 2. Pars altera Spatii ejufdem B. quod primùm Chaoticâ Terræ cum Aquis mixturâ refertum itidem fuerat; quod verò, partibus terreis jam ad extrâ five fuffum expreffis, dicitur Aquæ fuper Expansum [interius] repositæ.

E. Tertia pars ejufdem spatii B. quod Chaoticâ Terræ cum Aquis mixturâ refertum fuerat; quod vero partibus Aqueis jam & ad extrâ & ad intrâ expreffis, partibus itidem terreis actu cum interioris tum exterioris Expansi, in unam orbis terraquei cruftam ex multis Sphæris five ftratis compofitam, quarto Formationis actu, effectum eft; idque adeo feftum in unum membrum propriè terreum, inter duas alias Aquæ fphæras fitum, & tum quidem factum folidum, donec (minoribus Aquæ reliquiis, quæ in ftratis confederant, etiam expreffis) ftrata ipfa contracta & difrupta funt, atque ita fiffuræ feu meatus, *tenuiores* quidem *in obliquum*, per quas Aeres ifti infrâ repositi fuffum in *Expansum* illud *fuperum* exfurgere, *latiores* itidem *in rectum*, per quas Aquæ in fuperficie diffufæ, *deorfum*, ad locum Expansi interioris fubfidere poffent, facti funt. Atque itâ adeò evenit ut Aquæ exteriores in fedem interiorum Aerum, Aeresque in Aquarum exteriorum fedem per vices fubierint.



F. Aeres five Expansum cujus descriptio data est C. 1.
 G. Locus Aquarum quæ sub Expanso exteriori diffusæ fu-
 erant. D. 1. jam repletus Aeribus qui descripti sunt.
 C. 2. istis scilicet Aeribus qui, actu Formationis quinto,
 e Centro egressi, commisti sunt, eundemque fortiti sta-
 tum, cum iis qui jam ad F. descripti exhibentur.

H. Terra cujus descriptio data est ad E. nunc facta
arida, Aquis nimirum per introitus latiores jam in locum
 Aerum.

Aerum descriptorum, C. 2. receptis, Aeribus itidem ipsis, C. 2. in locum Aquarum adeò descendentium, per exitus seu fissuras suas tenuiores, vicissim egressis.

I. K. Aquarum Sphæra cujus descriptio data est. D. 1. deducta jam ad Sphæram Aquarum descriptam. D. 2. commistaque cum eâdem & sortita locum Aerum qui fuerant. C. 2. quique cesserant, prout vidimus, è loco suo; unde tandem, uno in loco, una ex duabus divisis constituta est Aquarum Sphæra, quæ exin vocata est Abyssus Aquarum, h. e. Abyssus illa magna subterranea toties apud S. Scriptores memorata.

L. Orbis ad Centrum Sphærae terraqueæ positus, constans è stratorum frustis ac particulis, quas Aquæ recessu suo postdiluviano à Terræ superficie ad introitus Marinos, tum nuper disruptos ex Spatiis planitierum, vallium, amnium, mariumque detulerunt, secumque impetu magno deorsum per introitus istos corripuerunt, atque ità, non tantum hunc orbem Centralem, sed & Terræ modernæ superficiem, fluviorum alveos, &c. efformârunt, Terramque inoccârunt rudere, unde facta est humus arboribus ac plantis ferendis apta, &c.

m. Exemplar Maris cuiuspiam, cum introitu, Aquæ (& mox post Diluvium, & ad hodiernum usque diem) juxta revolutiones suas, concipiendæ, facto.

n. n. n. Fissuræ istæ tenuiores in obliquum ductæ, per quas Aeres primum è Centro terrestri ascendêrunt, & per quas vapores fontibus ac fluviis supplendis etiam nùm ascendunt.


Circa Sciagraphias ante datas monitio ad Lectorem.

Secundus Aerum fitus ac status erat cum Aeres motu primùm donati sunt, nondum tamen Luce aliquâ gaudebant, h. e. cùm *Spiritus Elohim incubans* [*movebat*] *super Aquas*, nec dum dictum est FIAT LUX. Verùm quoniam motûs carentis Luce, colorum varietas potest esse nulla, status iste Sciagraphiâ nullâ adumbrari potest, sed sub statu illo lucido proximè sequenti intelligitur exhiberi.

F I N I S.



D



VETERIS & VERÆ
PHILOSOPHIÆ
PRINCIPIA.

WETTER & SÖHN

PHOTOGRAPHIE

BERLIN

N. Wetherell
Univ.

TRACTATUS,

In quo tentatur

CONAMEN recuperandi Notitiam

Principiorum Veteris & Veræ Philosophiæ,

Prout eadem,

In ufum humani generis, primum protulerunt

SACRÆ LITERÆ,

Nuper Explicuit

Vir Clarissimus JOANNES HUTCHINSONUS;

Unde deducuntur

Modus & Ratio formandi COELOS & ORBES
iisdem infitos;

Quinetiam eorundem Motus (TELLURIS autem præcipue)
& incepti & continuati Causæ.

Cui etiam inferuntur

REGULÆ quædam & OBSERVATIONES Grammaticam
Hebraicæ Linguæ spectantes.

Authore. *A. S. CATCOTT,*


Scholæ Publicæ Grammaticæ BRISTOLLIENSIS Magistro,
L.L.B. & Coll. D. Joannis Baptist. Oxon. quondam Socio.

PROSTAT VENALIS

Apud G. STRAHAN, ad insigne Auratæ Pilæ, in *Cornhill*, LONDINI;
& J. WILLSON, in *Wine-street*, BRISTOLLIAE.

M. DCC. XXXVIII.

101. h. 73 (2)



PUTATA

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

PRæmonendus est Lector, quo paratior accedat ad hoc opus intelligendum, se debere prælegisse duos Tractatus, quorum hæc sunt nomina, *A Letter to a Bishop on some important Discoveries, in Theology and Philosophy, & Lemmata Principiorum Mosaicorum*. Notas autem pauculas, quas, post perlectum hunc librum (in quo nihil mutavit) mihi esse missurus visus est D. *Hutchinsonus* ad calcem Libri inveniet. Errata autem sic corrigat. p. 3. l. 7. interjacentis. 4. 14. מרחפת רחף, penult. רווח. 5. 8. *post* nempe *dele* (.) 8. 19. *dele* ejusdem. 10. 9. stereographice. 12. *dele* a 10. *ad* 16. 13. 2. יהו. 16. 28. Hebraicarum. ult. concluduntur. 17. 12. (a loco dispersionum) 35. ut pene. 18. 18. monstravi 27. statuto. 19. 11. אטו. 21. 9. omnia, 24. חמון. 22. 22. *post* solarem *dele* (,). 23. 26. emissionem, 21. pretium; penult. haurit. 24. 7. מתהפך, 10. תכל, 16. aeris. 25. 1. tyronibus ut pateant, 7, אמר, 24. legi a, 26, demonstrant, quorum. 26. 2. cœleste. 27. 16. subjectæ, , 28, & emittendam. 28. 8. prout in, 28, inferviant, licet. 30. 3. secundarium corporum, 20 & 22, ירח. 31. 17. circumgestari. 32. 4. At cum, 23, הארץ, ארץ, 27, infitorum. 33. 18. permagna. 34. 17. creata. 35. 3. האור, 25, absolutum. 36. 3. וירא. 37. 5. מאר. 7. *dele* cum lux, 10 & 11. *pro* ד lege ר. 38. 1. Sacrosanctas SS. 2, aptissima, 4, 5, 7, 15, *pro* ד lege ר. *Nota c* *pertinet ad vocem* ישמחו; 22, ad hunc modum Z. 39. 5. לפנות, 31, flatum. 40. 3. ארץ, רץ, 7, irruentem, 18, bis אור, ult. decedente. 41. 1. היום. 42. 28. Quinetiam eidem. 44. 5. reliquiis, 12, agentibus, 18, עון, 24, se lamentantis, 32, at in hoc. 45. 10. atomis atomos. 46. 12. *had been*. 47. 3. י צד, ult. *adde*, ubi ad dimidium usque circuli proceditur, dein, per alterum dimidium, motu contrario reditur. 49. 8. ascensuram. 50. 7. peramplum. 51. 7. formatos. 52. 9. □ *significat*, quadra, 20, incumbentis. 52. 29. depressuram; cum columna. 53. 2. possit. 54. 6. celeri. 55. 9. ardua, .

Et Terra erat informis ובהו & vacua.

GEN. i. 2.

ORBIS iste omnimodis omnium rerum terrenarum corpusculis inter se commixtis constans, ut crearetur vacuus, hoc est, non a circumferentia usque ad centrum ejusdem generis materia repletus, sed ut crassiores quosdam aeres in utero gestaret, omnino necesse erat, ob has causas.

1. Ut ex vi expansionis hinc, inde operantis, ista corpuscula e quibus consolidanda fuit terra, ex utraque superficie abyssi, versus medium fluidæ & lutosæ mixturæ compellerentur, ibique cohærere inciperent, orbemque istum formarent, super quem, quasi basem aut fundamentum, terrestres atomi, aliæ post alias accedentes, in diversis stratis ædificarentur, tandemque terræ globum conficerent; quemadmodum audire est e sacris scriptoribus. Job. xxxviii. 4. *Ubi fuisti ^a בִּיסְדִּי in fundare me terram? annuncia si nosti intelligentiam, quis posuerit mensuras ejus, quod scias, vel quis extenderit super eam קו lineam? super quo bases ejus submersæ sunt aut quis jecerit פנתה ^b אבן lapidem angularem ejus. Ps. civ. Contignans*

^a בִּיסְדִּי, in locando, effundendo atomos alias in alias.

^b פנתה lapidem qui arcum coronat, fastigium fornicis ubi coeunt in unum omnia circularis ædificii undique surgentia latera, anglicè *The Keystone*.

in aquis ^{עליותיו} *Cœnacula* [gradus] *ejus*. Prov. viii. 27.
^{בהכינו} *In machinando illum cœlos, ibi ego, in describen-*
do ^{חוג} *circulum super faciebus* ^{תהום} *abyssi* (fluidæ
 mixturæ) Pſal. xxiv. 1. *Domini terra* ^{ומלואה} *plen-*
tudo ejus (ſcilicet aeres iſti quibus erat repleta) *orbis* ^{יסדה} *fundavit*
eam ^{יכוננה} *super flumina* *machinatus eſt eam*.

Hoc autem factum eſt ad hunc modum. Operante jam expansione, minutiores quædam aeris particulæ pores chaoticæ mixturæ pervadentes in abyſſum ipſam penetraverunt; atque ibi inter craſſiores, & concretas aeris maſſulas ſe inſinuantes, effecerunt, ut hæ ſe expanderent, & vi magna contra globi faciem concavam ſive internam premerent; eodem proſus modo, motuque, quo veſica craſſo aere ſemiplena, haud procul ab igne poſita, ex immiſſis atomis intumefcit.

2. Ut aquis e terræ ſuperficie verſus centrum recedentibus, quò ſe reciperent, daretur locus: cauſæ autem per quas hæ in abyſſum ſunt protruſæ, erant hæ. Expansum exterius (quod non procul a terreſtri globo initium agendi cepiſſe par eſt credere) latius undique ſe porrigens, magnumque cœlorum ſpatium occupans, multo majore vi aquis ſuperioribus incubuit, quàm cui reſiſtere potuerit expansum inferius; hinc autem factum eſt, ut ad aquas inferiores iſtæ alteræ detruderentur, aereſque ibidem

^c Gradus *ejus*, i. e. *ſtrata quæ terrenum Globum confecerunt ad inſtar graduum alia ſuper alia aſſurgentia*.

^d ^{בהכינו}; a ^{כן} e materia præparata juxta exemplar mente conceptum aliquid componere.

^e ^{חוג} cœlorum perpetua circulatio. part. præſ. temporis.

^f ^{תהום} fluida materia, a ^{תרו} ante dictâ.

^g ^{מלוא} part. præſ. paſſ.

inclusi, ascenderent ad auras superiores, globusque terrestris, jam totus repletus, sustinendæ immensæ ambientium cœlorum molis fieret capax. Quin etiam notandum est aquis mox descensuris viam paravisse lucem & spiritum ad hunc modum. Lux simul ac formata fit, poros orbis terrestris, tunc temporis aquis superioribus ac inferioribus interjacentibus, permeavit, aditumque inter massulas terrenorum corporum jam concretas spiritui patefecit, spiritus autem moli aquarum convexæ telluris superficiei incumbentium. Hinc aquæ primum per poros serpere, mox per canaliculos defluere, tandem (metus sibi inter transeundem latiores & latiores continuo efficiendo) per immensos hiatus, præcipites se in abyssum, ad aquas ibidem conclusas, ad instar cataractarum, dejicere: aeribus interea pro ratione influentium aquarum locum dantibus, & per tenues fissuras strata permeantes ad auras superiores evadentibus.

חשך^h על-פני תהום:

Et caligo super facies abyssi. [voraginis.]

Cum jam antea Moses creationem materiæ cœlorum & terræ recensuisset, quinam erat eorundem status primævus aperit; Terra erat chaos omnimodis corporum tum solidorum, tum fluidorum particulis inter se commixtis & confusis constans; aeres autem lutosæ huic voragini incumbentes motu nullo erant præditi; *Caligo* (חשך *aeres statu quiescenti et inertii*) *super facies voraginis.*

^h חשך, *cobibuit, retinuit, stitit*; contrarium est אור^א, de quo mox, unde clarius etiam patebit sensus חשך^א.

רוח אלהים מרחפת על-פני המים:


*Et spiritus Elabim instrumentum motus super facies
aquarum.*

Mutationem aliquam subiisse materiam cœlorum indicat mutatum eorundem nomen; modo חשך, nunc vero רוח appellatur. Est autem רוח¹ hæc significatio; *massulæ aeræ, e quam minimis cœlestis fluidi particulis inter se cohærentibus conflatae, (quas grains of air linguâ vernaculâ nominavit author noster) corpus aliquod impellentes.* Notandum est materiam cœlestem hac conditione (nempe massularum concretarum) creatam esse, & idcirco eandem hanc vocem ברא & creare & concretum facere, significare.

^ר : מרחפת, רחף, *movere, motitare, motu tremulo agitari.* Littera autem מ voci præfixa, denotat quandoque locum actioni cuidam futuræ destinatum, quandoque instrumentum agendi; itaque in genere, *pollentiam, sive facultatem aliquid agendi.* Sic de rebus inanimatis, מגן *clypeus, quo quis corpus suum protegit, a גן sepivit, circum munivit;* מרכבה *Currus, machina qua quis vehitur, a רכב vectus est, equitavit;* de personis, מלך *rex, ductor copiarum, a ילך ivit, ambulavit;* מלאך *legatus, a לאך misit;* מראה *organon visus, a ראה vidit;* de locis, מעון *thalamus, a עון concubitus;* ממגר *carcer, a סגר clausit;* מצפה

¹ Varia pro variis earundem conditionibus & agendi modis, hæc massulis induntur nomina: v. g. cum e cœlorum extremis versus centrum defluentes corporis alicujus superficiem incumbunt, ערפל, cum eandem undique comprimentes constringunt nec tamen movent, עבן, cum impellunt רוח denominantur.

Tabula prima.





specula, a צפה *speculari*, *prospicere*. Fuit igitur *spiritus instrumentum motus*. Hunc autem materialem fuisse spiritum, non divinum, indicat terminatio fœminina ת, quæ, apud hebræos vocibus res vita carentes, designantibus adjungitur. Hinc igitur primum suum mobile petant naturæ operatricis indagatores. Pergit Moses nobis dicere cui objecto se primum applicuit iste spiritûs impulsus; nempe.

: על-פני המים. Est autem פני *pars antica alicujus rei*, & המים hoc loco denotat, *globum terraqueum fluido adhuc statu existentem*; in facies igitur orbis terrestris sibi oppositas incubuit vis spiritûs, unde ortus est motus telluris rectilineus, ab A versus B (vid. tab. primam). En! lector, quam tibi protulerunt SS. vim aerum propulsi-
vam! hanc igitur motûs causam intelligibilem, & materialem, loco *projectionis* istius, cujus neque causam, neque initium explicuerunt ejusdem fautores, læti accipiamus.

ויאמר אלהים יהי אור ויהי אור:

Et dixit Elahim exinde fit lux, ☉ exinde est lux.

Observandum est, Mosen non dixisse, lucem *creavisse* Elahim, at, ut e materia cœlesti jam ante creata lux fieret, sive *formaretur*; e mutato igitur jam iterum nomine materiæ cœlestis, apertum est eandem alteram jam subiisse mutationem; erat autem ista hæc.

E massularum ærearum nuper agitatarum (sive *spiritus*) inter se frictione & collisione, earundem quædam discussæ sunt & dissolutæ; hinc orta est *lux*; quippe quæ nihil aliud est, quam *aerum particulae minuscule* (e quibus
bus

bus coagulatis constat *spiritus*) *concitato motu prolatae*.
Sit igitur, inquit, lux; i. e. aeres, in motu isto quo primum ferri cœperunt, eo usque sustineantur, donec istam tandem conditionem attingant, unde necesse est, ut oriatur lux. Vim autem $\tau\alpha$ ' verbo præfixi; ad tempus denotandum, e responso meo ad *Observationes quasdam* $\text{\textcircled{c}}$. petat lector.

ויהי ערב ויהי בקר יום אחד :

Et fuit vesper, \text{\textcircled{c}} fuit mane, dies unus.

E primo spiritûs impulsu aliquantulum cœlestis spatii motu rectilineo percucurrissè globum, ante est dictum; at ut motus iste aliquo modo, post formatam lucem, mutaretur necesse est. Primum igitur ponamus, globum terraqueum per tenebricosos aeres, ab A usque ad P processissè; (vid. tab. primam) manifestum est, si idem ille impulsus, unde primum ortus est telluris motus, in eodem modo quo inceperat agere, perseverâssè, globum ad extrema usque cœlorum sive B protrusum fore. Quinetiam si terræ inter procedendum, diametricè ex opposito affulssè lux, tellurem ad centrum lucis ex actione spiritûs a tergo propulsanti, descensuram fuisse. (Sciendum est enim omnes firmamenti leges ex ea solâ lege pendere, ut aeres crassiores in locum tenuiorum irruerent.) At jam finge tibi, lector, lucis primævæ centrum ita collocatum fuisse, ut radii ab eodem procedentes, isti lineæ per quam tellus tunc temporis iter faciebat, ita inciderint, ut angulum rectum cum eadem conferint, in eo ipso loco (nempe P) quem eodem temporis articulo tellus, inter currendum, occupaverat; prout videre

dere est, in tabulæ primæ figurâ primâ. Rebus ad hunc modum dispositis, exinde, inquam, exorturæ fuissent ejusdem & circa lucis centrum gyratio, & super axem suum revolutio. Manifestum est enim, tellurem e recta ista linea, quam antea inter procedendum duxerat, deflecturam esse; quippe cui jam novus incubuerit actus spiritûs, (a tergo, nempe) ex umbroso illo cono eidem insidente, natus, a quo, ac si a pondere inertis, per puriores cœlos versus centrum lucis depressa fuerit. Quinetiam ex altero isto, (laterali nempe) spiritûs impulsu, in eam præcipue partem agente, quam vespertinam sive occidentalem nuncupare possumus, a luce versus tenebras, protrusa fuerit; & idcirco omnes globi partes rotare inceperint. Præterea e duplici hoc impulsu, ortus est motus iste compositus, unde gyrum suum annum perficit globus; dum enim alter alteri quodammodo ex obliquo se opposuerit, terram, nec ad cœlorum ambitum, nec ad centrum lucis delatam fore, sed unoquoque temporis articulo, per lineam diagonalem (quam vocant) processuram fuisse, patet.

Sed quo facilius intelligat lector, partes istas varias globi terrestris, quarum unicuique applicatus est, suus spiritûs impulsus, modumque eum quo in earum unamquamque egerit idem ille impulsus, & motus exinde exortos, inspiciat figuram secundam tabulæ primæ; in qua globus terrestris, ad eundem modum dispositus ac in figura prima, sed sub forma majore exhibetur spectandus. Sit igitur segmentum, *mane*, *nox*, *vesper*, spiritus, ad instar ponderis inertis, tergo telluris, incumbens; *nox*, *vesper*, *meridies*, impulsus ejusdem lateralis; hoc schema diligenter intuenti, rerumque situm contemplant,

planti, apparebit, spiritum a circumferentia cœlorum defluentem, & in terram agentem ab *nox* ad *mane*, maxime effecisse, ut segmentum istud globi, (nempe, *nox*, *mane*) versus *meridies* protruderetur; ejusdem autem, in pileum lucis, (quem denotat linea semicircularis punctulis distincta, sive spatium illud lucidum formam lunæ crescentis retinens, faciei que telluris centro lucis oppositæ adjunctum) parti terræ occidentali incumbentem, irruentis vim, ad propellendum segmentum, *meridies*, *vesper*, præcipue valuisset, unde necesse fuit, ut orbis circa axem suum volveretur; impulsus autem segmento *nox*, *vesper*, applicatum, in eandem per lineam diagonalem deprimendo, primas habuisset partes.

Cum autem pileum lucis nominaverim, quid per hanc vocem denotari volo, fusius explicabo. Fluentum lucis e centro ejusdem ortum ducens, simul ac pervenerit ad locum P (istum scilicet quem tunc temporis tellus occupavit) corpori telluris solido impegit; unde necesse fuit, ut extremitas ejusdem, quasi retro in se intumuerit, prout videre est, in flumine, cujus cursus ex obstante aliqua materia solida impeditur; exinde, inquam, formatus est pileus iste lucis duplo purioris (ex repercussione scilicet radiorum) quam altera lux ista, quæ ab utroque terræ latere elapsa, libera & sine obstaculo versus circumferentiam profluxerit. Quum autem istius pilei pars media, (quam denotat vox *meridies*) multorum milliarium spatium occupaverit, ut spiritum sibi proximum in locum suum ^k attraxerit, omnino fuit necesse;

^k Conditio ista lucis, ex quâ, recedens in locum suum admittit spiritum dicitur פּאָשׁ; & idcirco vox ista actionem animantium, aërem inter spirandum insurgentium, denotat.

unde etiam fieri non potuit quin aliæ etiam remotioris spiritus massulæ e rectis istis lineis, per quas a circumferentia ad centrum (vide tabulam secundam) delatæ fuerunt, ¹ deflecterent; prout videndum exhibet figura prima. Quo autem propius atque propius per lucidum illud spatium versus terræ superficiem appropinquavit spiritus, eo incitatus atque incitatus per puriorem lucem irruerit, donec tandem ipsis telluris faciebus (ut Hebraice loquar) incubuerit, partemque globi sibi oppositam vi magna propulerit; hinc, inquam, orta fuit ejusdem circa axem suum rotatio.

Sit enim linea ducta per diametrum telluris, a *mane* ad *vesper*, pro *vecti*; & sit punctum P pro centro gravitatis ejusdem *vectis*; sit spiritus a *nox* ad *mane* telluri incumbens, vis quædam propulsiva crus unum *vectis* a P ad *mane* deorsum premens, & sit spiritus a P ad *vesper* in terram agens, vis altera alterum crus *vectis* sursum impellens; exinde manifestum est, vectem circa gravitatis suæ centrum rotaturum esse; i. e. tellurem circa axem suum esse voluturam.

Si quis autem objiciat, spiritum in alteram etiam pilei istius lucidi partem (illam nempe quæ segmento, *meridies*, *mane*, incubuerit) irruiturum fuisse, orbemque æque ac in altero segmento, *meridies*, *vesper*, sursum propulisse; sciat ille, quo minus id factum esset, duas fuisse causas; unam, motum istum quem e primo spiritus impulsu (a tergo nempe) conceperat orbis, unde ictum spiritus in partem anteriorem, partim devicerit, partim effugerit; adeo ut & invalidius egerit, & ex obliquo

¹ Motum istum, designat vox נָטַח.

tantum terram velociter prætereuntem percufferit; alteram, fluentum lucis recedentis, quæ omnis fere, (tum quæ anteriorem, tum quæ posteriorem pilei partem replevit) retro delata est, & spiritui terram insequenti facilem patefecit viam; luce ipsa continuo per irruentem spiritum recedente, & eidem locumdante.

Porro monendus est lector, faciem orbis terrarum, in figura prima & secunda tabulæ primæ, super planitiem æquinoctialis stercographice esse projectam; unde centrum circuli [P] polum denotat, sive axis extremitatem; tertiam autem figuram, faciem sive partem globi primo spiritus impulsui objectam exhibere; eo nempe modo, quo, oculo spectatoris ad A sito, ante formatam lucem, apparuisset; lineam autem majusculam ductam per medium globum, axem futurum denotare; quinetiam figuram quartam, globi faciem eandem, eidem spectatori exhibitam, quemadmodum apparuisset, post formatam lucem; at interim sciendum est, globi faciem, in hisce duabus (tertia nempe & quarta) figuris, super planitiem, meridionalis alicujus circuli esse projectam.

Ex ordinata ad hunc modum rerum dispositione, jam, ut puto, paratus est lector, ut mente concipiat, quid sibi vult Moses, cum post narratam lucis formationem, adjecit, ויהי ערב ויהי בקר יום אחד. *Et fuit vesper, & fuit mane, dies unus.* At particula ׀ in hoc loco potius denotat *effectum* aut *consequentiam*, & pro sensu authoris, melius reddi potuisset, *idcirco, itaque, exinde*. Post actionem lucis in terram, fieri non potuit, quin circa axem suum revolveretur terra; *idcirco fuit vesper, idcirco fuit mane.* Locutus est in hoc loco scriptor divinus de statu isto aerum inter lucem & tenebras medio, (*crepusculum*

lum vocant Latini) quem, dum super axem suum revoluta fit tellus, unaquæque ejusdem pars, intra spatium viginti quatuor horarum, bis subivit; nempe simul ac attigisset lineam istam super telluris faciem, quæ distinxit terminum communem inter hemisphærium illud a lucis radiis (solis enim corpus nondum erat conflatum, nedum luce donatum) illuminatum, alterumque illud, quod sub tenebris latuit; ubi autem hoc factum est, eo loci quo se terra a luce vertit, dictum est *vesperi*, ubi versus lucem *mane*; dimidia autem facta globi rotatione & puncto *mane* ad punctum *vesper* accedente, ibidem absolutus esset *dies*, sive *tempus inter mane & vesperi conclusum*; perfecta autem revolutione, & punctum *mane* ad eundem locum, a quo primum deflecti cœpit, accedente, omnes terræ partes, (non solum *mane* & *vesperi*, sed) & noctis & diei quoque vices subiissent.

Vesperam autem idcirco *mane* præposuit Moses, ut innumeret spiritum isti telluris loco incubuisse, eamque propulisse, quæ a luce versus tenebras protrusa est, atque ubi fuit *vesperi*. Vox autem Hebraica, *ערב*, quam *vesperam* reddimus, proprie significat *mixturam*; & tum locum istum, tum motum sive conditionem aerum denotat, ubi, & a quo, e mutua utriusque versus alterum irradiatione, inter se commixtæ sunt lux & tenebræ; seu potius, ubi recessit lux, & spiritus irruit. Pro eodem sensu hanc vocem usurpavit Moses, *Lev. xiii. 49.* ubi texturam panni denotat; in qua peragenda, nunc sinistrorsum, nunc dextrorsum, motu contrario, ducitur filus. Sed nec de statu aerum ad vespertinam terræ partem solum usurpatur, at quandoque etiam pro alio quovis cœlestis fluidi loco; cum in unaquaque ejusdem parte,

e contrario spiritus & lucis cursu fit hujusmodi *mixtura*; magis tamen proprie, de isto statu & loco, de quibus nunc agitur, & de aerum conditione ad extremam circumferentiam cœlorum, ubi fit commixtio lucis & spiritus, ex eorundem mutua conversione; atque idcirco vocem ערבות *mixturas*, per *summa cœla* reddere solent interpretes; at licet modus iste loquendi locum sane designat, non tamen ideam servat; quod omnino fieri debet.

De significatione טֵרַ בָּקֵר hæc solum adjicere libet. Cum lux præ cunctis rebus mortalibus est gratissima, idcirco, dubitandum non est, quin Adamus, adventante nocte, tenebris involutus, redeuntem lucem, anxie *quæsserit*; locumque ejusdem orturæ intentis oculis *perspexerit*; unde natus est sensus radicis בָּקֵר, *quid desideratum quærere, scrutari, oculis intentis investigare.*

Vox autem יָם videtur ex inferto י, participium esse temporis præsentis (de quo mox plura) & affinitatem habere cum יָם *mare*: Radix autem videtur esse יָמָה, eadem ac יָמָה; sensus tumultuarie agitari, unde multitudini confusæ, mari, & particulis lucis diem (sive pileum lucidum terræ infidentem) conflantibus, convenit. Quæ autem in hac sectione de luce primæva sum locutus, ea ac si dicta sint de solis corpore, & luce exinde emissa, concipere, & præsentis rerum statui accommodare facile potuerit lector.

יאמר אלהים יהי מארת ברקיע השמים להבריל בין היום ובין הלילה ויהי לאתת ולמועדים ולימים ושנים:

Et dixit Elabim, fit ordo corporum in expanso cœlorum, ad bifariam distribuendum inter diem & inter noctem; & sint in usum actionis ignis visibilis, & in usum statutarum expansi virium, & in usum dierum, & in usum annorum.

Actus creationis unus erat & simplex; actus formationis varii & successivi. 1. Spiritus erat instrumentum motus super faciebus aquarum; 2. Erat lux; 3. Firmamentum seu expansum. 4. In abyssum protrusæ sunt aquæ superiores, & universa earundem moles in unum locum congregata, unde apparuit arida. 5. Plantas germinavit terra. Sextus igitur tam succedit formationis actus. Absoluta machina terrestri, plantisque omnimodis ornata (de quarum formatione & natura vegetativa tractare distulit author) latius se undique extendens expansus (sive particularum lucis & massularum spiritus inter se motus oppositus) ad varias istas pervenit corpusculorum congeries (quarum unamquamque intra certam sphaeram; pro futura actione locis ab eisdem reflexa in tellurem, in diversis cœlorum lucis jam antea disposuerat Creator,) e quibus formandi erant illi globi, quibus lucem mox inditurus erat rerum sapientissimus Author. Horum autem uniuscujusque materiem instabilem adhuc ad instar $\chi\alpha\sigma\varsigma$, in solidos orbes compegit, cuncta permeans & constringens expansi vis. Quum vero omnium istorum orbium unus esset usus & materia, nec aliud esset eorundem universus ordo, quam ejusdem instrumenti

menti partes variæ, idcirco omnes sub uno vocabulo complexus est Moses, מארת; quod quidem nuncupare licet, *Lychnuchum cœlestem*. Componitur autem hæc vox e particula מ, & ארת; de pollentia אר מ cum locum designat, vide quæ alibi dicta sunt. Est autem ארת nomen substantivum generis fæminini, prout apparet e terminatione ת; numeri autem singularis. Radix autem est אר, extatque *Amos viii. 8. באר כלה, sicut fluxus universus, sive perfectus, absolutus, ad summum evectus*; unde יאר *flumen, fluentum*; cum pro verbo usurpatur, *fluere*: Est igitur sensus verus & ideæ congruus, *Locus iste* (sensu scilicet colectivo pro unoquoque locorum) *unde* (post materiæ concretionem & in orbes formationem) *lux* (quæ omnium rerum prima *fluere* incœpit, & e qua idcirco idea *fluxus* est sumenda) *deinceps esset fluxura*. Solidorum igitur corporum hæc vox indicat ordinem, in expanso collocatorum; solidorum, inquam, & materia a fluente cœlesti longe diversa constantium, nec tunc temporis magis lucida, quam massa ferrea nondum ignita; mox autem futurus erat iste ordo corporum, focus ignis, & lucis receptaculum.

Si quis autem globos istos, quos a parte anteriore illuminatos exhibet schema nostrum secundum, omnino opacos (prout videre est in parte a sole averfa) fluxusque omnes lucis e tabula sublato putaverit, quid sibi vult Moses, ex hac figura nostra colligere potuerit.

: ברקיע השמים. *In expanso cœlorum*. De firmamento jam dictum fuit; hic tantum notare libet hanc vocem ex insertione אר ' in loco tertio, esse novum participium; de structura & sensu cujus, lector consulat, quæ dixi in responso meo ad *Observationes* &c. quinetiam orbes antedictos

dictos in expansione cœlorum (ergo non in spatio materia exinanito) positos esse, & idcirco ejusdem operationibus esse subjectos.

&c. להבדיל *Ad bifariam distribuendum inter diem & inter^m noctem.* Cum nondum formati fuissent hi orbis, Elahim ipsos inter diem & noctem divisisse dixerat Moses; at post eosdem compactos, eis effectum suum tribuit; nempe, *ut dividerent inter* &c. at quænam sit significatio $\tau\delta$ ברל paucis explicemus. Est igitur hæc, *partis agere divisoris, bifariam distribuere;* sive (cum actio sit duplex) *inter duo quædam medium stare, & dare isti altero, quod ab hoc uno est acceptum; & e contra, dare huic uni, quod ab illo altero acceptum est.* In hoc autem SS. loco significat, ita dirigere motum telluris, (quæ inter diem & noctem *stat media*) ut ex rotatione ejusdem super axem suum, segmentum quoddam orbis versus orientem ablatum nocti, detur diei; & e contra, ut occidentem versus, par segmentum ablatum diei, detur nocti; atque etiam, ut ex ejusdem declinatione, dum per orbem suum annum procederet, duo altera etiam orbis segmenta, singula versus utrumque polum, ex opposito, & diei & nocti auferrentur & darentur. Efficiuntur autem (ex parte scilicet) hæc terræ, conversio & ejusdem polorum, nunc versus solem, nunc a sole, alterna accessio, & declinatio, ab istis lucis fluxibus (præcipue autem a magno lucis fluxu solari corpore emissa, (prout mox videbitur) qui a solidis globis aut exorta aut reflexa, tellurem attingunt, & pro uniuscujusque globi magnitudine, situ & distantia, in hanc agunt, & ejusdem motus dirigunt. At

^m לילה videtur significare tempus illud, sive aerum conditionem, qua manente, *ululatum* emittere solent animalia nocturna, variæque feræ.

quid ad hanc rem conferunt planetæ, ex authoris nostri (heu! fato nobis nimis infausto, sibi autem fœlicissimo abrepti!) anecdotis petendum est; brevi, uti spero, in lucem prodituris.

Consolidatis jam globis, usuque eorundem expósito, narrare pergit $\theta\epsilon\sigma\tau\epsilon\upsilon\sigma\omicron\varsigma$ author septimum formationis actum; eum nempe, a quo eisdem hisce corporibus indita fuit lux. Fuit igitur מֵאֵרָה five *ordo* vel *series ista corporum* antedictorum לְאֵרָה *in usum* (id enim valet præfixum ל) *foci ignis*, five actus istius per quem conglomeratæ aerum particulæ (five *spiritus*) discuterentur. Actus autem iste ut successive peragatur, necesse est, ut inter poros corporis alicujus solidi subsisteret; ignis enim in aperto aere accensus, a spiritu undiquaque circumfuso & in locum ejus e vi expansionis impulsio, momento temporis (prout videmus in fulgure) dispergitur. Est autem hæc vox אֵרָה numeri etiam singularis; five focum ignis solarem tantum denotat, (intra quem spiritus continuo dissolvitur & e quo lux omnis primaria emittitur) five omnes etiam istas complectitur coronas (seu potius pileos) lucis, quæ capitibus orbium soli objectis insidunt. Verbum autem plurale אֵרוֹת ad lucem & spiritum refert; e quorum mutua alterius in alterum actione, אֵרָה five actio formandi ignem sustentatur ac suppletur.

Cum autem hanc vocem אֵרָה per *signa* reddidisse solenne fuit interpretibus, paucis super hac re differere necesse est. ^a Notandum est igitur, operationem hanc *expansi,*

^a Admonendi sunt hic obiter, qui veram vocum Hebraïcorum interpretationem indagare cupiunt, omnes istos varios sensus, qui quandoque sub eodem verbo concludentur, utcunque longe inter se distare videantur, omnes tamen


panfi, juxta ordinem formationis; immediate præcessisse fluxus istos lucis, qui a luminaribus derivati, oculos nostros attingunt, ipsaque luminaria nobis reddunt visibilia; quinetiam ex horum magnificorum *οργασιων* spectabili pulchritudine, varioque usu, conspicue elucent Creatoris sapientia, potestas, atque erga homines benevolentia; unde edocti fumus autorem rerum mirari, timere, colere, a-

tamen isti objecto convenire, quod per vocem illam primitus aut eminenter designatum fuit. Dico ad hanc propositionem confirmandam proferam exempla; unum ex Authoris nostri locupletissimo penu depromptum, alterum, quod observatio propria mihi suppeditavit. 1. *Job. xxxvii. 9. ומזורים*. *Et a dispergentibus* (LXX. *ἐπ' ἀκρῆς ἠέρας*) *a loco dispersionum frigus. xxxviii. 32. Numquid exire facies מורות* *remotiora signa in tempore suo*. Radix est *ור* aut *ורה*; sensus varius, prout, *ventilatio, compressio, circumferentia, circulus, dispersio, advena, diffractio, diversio extrorsum, introrsum, corona*. At revera sunt hæc *מורות* vel *מזורים* massulæ aeris, sive spiritus; hæc nempe ubicunque locorum, præ particulis lucis numero & actu valent, *frigus efficiunt*; nec est *ventilatio* quid aliud, quam earundem impulsus; hæc inter movendum & se & cuncta alia *comprimentes*, a *circumferentia* cœlorum (dum *circulos* suos peragunt) ad centrum detruduntur, & ab extremis *dispersionibus advenientes*, intra *את* solarem focum diffringuntur, ibique undique *dispersi* rursus ad cœlorum ambitum feruntur; cum autem contrarium hunc motum, lucis a centro, spiritus ad centrum tendentium sub forma radiorum caput ambientium adumbrabant veteres, inde *ור*, id est, *radii spiritus intrantis*, radiosque lucis exeuntis *dividentes*, pro *corona* usurpatur. Vide Mos. prin. pag. 30. & de Trin. Gentil. 78. Hæc autem aeris massulæ ut justo numero, ordine, tempore, magnitudine, ex immenso cœlorum promptuario emittantur, solius est Jehovæ Elahim. 2^{do} *Job. xxv. 2. Faciens שלום* *pacem* (*pacificatum*) *במרומו* *in excelsis suis* (*in loco projectionum ejus*.) *שלו* autem *שלום* (est autem in hoc loco part. præter. pass.) quatuor dantur sensus, *pax, retributio, vestimentum, perfectio*. Cuinam autem subjecto, & in quo statu sito, eminenter attribuendæ sunt hæc proprietates, edocet hic locus SS. nempe aeribus in illa conditione, qua ad extrema cœlorum *projecti*, collocati sunt; quem quidem locum simul ac provenerint, conflictus inter particulas lucis & massulas spiritus adeo elanguit, & pene facta sit *certaminis cessatio*; earundem etiam inter se *mutua* extitit *commutatio*; dum *utrinque ex æquo* *datum* *et acceptum est*; & eadem cœlestis materia, quum jam extremos terminos systematis mundani occupasset totam rerum compagem, quasi *exterius* esset *vestimentum*, *operuit* *et circumfudit*; quinetiam simul ac ad hunc locum pervenerit *expansio, absoluta est* *et perfecta* machina cœlestis.


D

mare,

mare, & ejusdem verbis credere, promissis fidere; præterea, ex eorundem inter se situ & distantia & motu observatis, indicia & præsentia & προγνωστικα hominibus fiunt, de anni tempestatibus, ventorum motibus, temporis divisione, mundi regionibus, luminarium defectibus &c. ob has, inquam, causas, ista phænomena (sive naturalia sint sive prodigiosa) quæ in *prænuncia pignora alicujus futuri exitus*, a Jehova hominibus (præcipue autem si e cælo apparuerint) sunt exhibita (e quibus visis & perpenfis, de divinæ majestatis potentia, veracitate &c. fides fieret mortalibus) ab hac radice, dicta sunt אִתָּהּ, quam vocem reddiderunt interpretes, *signa*; nec sane diffitendum est sub vocabulo אִתָּהּ hunc sensum comprehendere; sed ut sub eodem verbo primitus usurpato variorum concluderentur significationes, pro vario usu, aut agendi ratione ejus rei, quæ sub isto nomine designatur, nihil est obstaculi; prout in nota proxime procedente monstrari. Hæc vox אִתָּהּ cum pro verbo sumitur, denotat *potentiam veniendi, ad locum quemdam aliquid portandi*; hinc *asinus* hoc nomine donatur quod quidem jumentum præ cæteris apud veteres in usu fuit, ad *vehenda onera*; hinc etiam Chald. אִתָּהּ *uxor, mulier*; quæ certis mensibus utero *gestit*, exacto tempore *onus in mundum edit*. Cum autem applicetur rebus *circulari motu*, aut se aut alia *moventibus* (prout iis de quibus nunc agitur) significat *ad punctum quoddam accedere, appor-tare*; cum *de tempore* usurpatur, *statuo tempore aliquid effectum dare*. Exinde formatur part. præf. אִתָּהּ, *signum, aliquid veniens, sive indicatio, præmonitio rei jamjam venturæ*. At præ cunctis aliis rebus aptissime ad *ignem cælestem orbibus insitum* refertur. Est enim ignis iste
semper



Tabula secunda.



1. 2. 3. 4. 5. *Fluxus lucis ab a, b, d, e, f. Planetis, ad terram* מזלות

semper mobilis, eodemque motu urgens alia movet; hinc pro eodem sensu ac hic usurpatur. *Dan. ii. 17.* אֶתֶן *fornax*; locus ubi accenditur ignis, seu potius ignis ipse loco certo elucens; quinetiam ad hunc usque diem apud Chymicos, *fornax quædam ad retinendum diuturnum calorem constructa*, dicitur, *athanor*. Nec Græcos fugit, notitia rerum, unde fumendus est radicis hujus sensus; αἶψα, αἶψης, αἶψος, mons sæpe fulmine tactus; quinetiam hinc nomen αἶψην defluxisse vix dubito; filia Jovis; i. e. *ignis e foco solari eminens, intra eundem antea formatus*; at de vocabulo αἶψα sive αἶψα non est disputandum, quin sub hoc titulo ignem cœlestem, sive solarem focum designarint Græci. In honorem autem *septem focorum cœlestium*, mensem *septimum* gessisse nomen אֶתֶן putavit clarissimus Author noster. 1 Reg. viii. 2.

:למועדים Designantur in hoc loco, sensuque primario, certæ illæ & statutæ expansionis vires, e debita temperatura lucis & spiritus exortæ, quæ in diversis cœlorum sphaeris in cœlestes orbis agunt; unde eorum singuli pro uniuscujusque magnitudine, situ, & distantia a sole, tantum lucis & accipiant & emittant, & in suis orbitis tali motu (i. e. nec tardo nimis, nec nimis concitato) procedant, ut e mutuis eorundem inter se effectibus, variæ machinæ mundanæ operationes promoveantur & continuentur; præcipue autem ut telluris motus omnes (quibus moderandis omnes alii globi inserviunt) rotatio, progressio, declinatio ita dirigantur, prout optime animalium & plantarum ibidem collocatarum usibus & salutis consulatur. Quandoque usurpatur hæc vox pro *certis periodis*, quas *luna*, sæpius autem pro *istis*,

quas *tellus*, dum motus suos peragunt, attingunt. Cum autem ex hisce peractis, tempestates anni, alteræ alteris, succedunt, & dividantur tempora & distinguantur, idcirco pro *certis* & *statutis anni temporibus* hæc vox usurpari solet.

Porro hæc מועדים five *vires expansi statutæ*, pendent ab ista ארת primaria, quæ inter poros solaris orbis subsistit; intra quam fornacem tantum spiritus admittitur, admissum in ignem dissolvitur, dissolutum sub forma lucis emicat, & per totos cœlos dispergitur, ut ad omnes antedictos usus exequendos sufficiat; *fuit igitur ארת five actio per quam formatur ignis למועדים in usum fixarum & statutarum virium expansi.*

והימים Et in usum dierum. De formandis diebus jam dictum est; & cum e diebus componantur anni שנים; de his quoque sit dictum; solummodo tamen detur sensus radiculis hujusce vocis; significat, *repetere, successive renovare*; Hinc denotat quid *secundum; annum, quo absoluto alterius vices recurrunt, & finiuntur; dentes, unicam humani corporis partem deciduam, & quæ de novo redintegratur.*

Procedit octavus formationis actus. Compactis orbibus, intra solare corpus dissoluto spiritu, emissa luce, ac per intermedios fluxus, capitibus stellarum super imposita, necesse erat, ut, ad agendum super terram, *lux* ex istis orbibus jam *fluere* inciperet; & etiam, ne actus iste deficeret, ut lucis receptacula, pro ratione fluidi exeuntis, ejusdem generis materia de novo supplerentur. *Sint igitur, inquit Elahim, מארת & ארת, ordo globorum cœlestium, & ignis, lux, spiritus, jam motu donati, & in se mutuo agentes למארת in usum instrumenti unius,*

a quo perpetuo formentur, suppleantur, sustententur, omnes fluxus, refluxusque lucis. At quo clarius hæc lectori pateant, inspiciendum est schema nostrum secundum; ad quod quidem explicandum pauca quædam sunt hoc loco atrectanda; licet, juxta ordinem formationis, eo usque nondum pervenerimus.

Systema mundanum totum plenum est; omne spatium præter id quod cætera corpora sibi vendicant, occupant aeres; corpusculorum aereorum (quæ omni sunt *αμοροσμοα*) tres sunt conditiones, secundum quas trifariam denominantur, *ignis, lux, spiritus*. Ignis cælestis non alibi locorum, nisi inter solare corpus (non enim hic agitur de actu fulguris momentario) continuo formatur, nec aliud quicquam est, quam aeris substantia in minutissimas & non amplius divisibiles particulas dissoluta, & interno motu undiquaque exagitata, diciturque ° *חמה*. Hæ simul ac supra ignis sphaeram emergunt, lux nominantur, & quaquaversum recta versus circumferentiam feruntur, & ^p *שמש* (a cæli cultoribus ^q *עשתורת*) nuncupatur. Iste autem lucis fluxus, qui a sole recte & immediate derivatus, terram percutit, sub nomine *חמאור הגרל fluxus lucis magnus, præcipuus, præpollens*, iste, quem a sole acceptum tellurem, versus re-

° Inde *חמין Chamon, imago solaris*. Hujus formam petat lector, e tabula tertia; cui si dones faciem virilem, habes *Jovem Hammonem*, si foeminam, *Astartem cornutam*.

^p Componitur hæc vox e *שש* nomen, *conditio cæli*, & *שש*, *recedere*, secundum Authorem nostrum.

^q *שש* *lucidus, nitens, חורת fluxus lucis, ductrix, exploratrix*. Hæc culta est sub imagine vaccæ rubræ; quandoque tauri rufi; cujus crines frontis crispæ, particulas inter sphaeram ignis varie agitatas, color ignem, cornua exeuntes radios *קרנים* (unde *corona*) exhibebant.

flectit corpus lunæ, sub nomine לֵב , distinguuntur; alii a planetarum globis גִּלְגִּלִּים ; alii ulterius progressi a stellarum fixarum corporibus intercipiuntur, & versus tellurem reperiuntur; hi autem כּוֹכָבִים , illi מַלְאָכִים denominantur; cæteræ particulæ lucis, quibus nihil est obstaculi, ad extrema usque cælorum $\text{חַוַּת הַשָּׁמַיִם}$ feruntur.

Hic autem observandum est, has ærum particulas varia celeritate efferri, pro diversis cælorum spatii, per quæ transeunt, cum ab igne primum assurgunt, vi magna & cursu rapidissimo *singulæ* provehuntur; dein ubi longinquius evaserint, impetu remissiore progrediuntur, atque inter se cohærere incipiunt, & quo longius a centro processerint, eo languidius feruntur, & magis atque magis conglomerantur, usque dum ad cælorum circumferentiam delati aliquamdiu ibidem stant pene immobiles; ibique depositis lucis & nomine & proprietatibus, & jam factæ aeris concreti massulæ, sive *spiritus*, רוּחַ (quem sub nomine בַּעַל aut בַּעֲלִים coluere cælorum adoratores) vi expansionis versus centrum contrario motu protruduntur, donec tandem ad ipsum אֵתֵר solarem, focum redeunt: ibique de novo dissolvuntur, emicant, omnesque rotationes suas peragunt, & renovare pergunt.

Porro aeres ex hoc duplici & contrario motu inter se collisi, nuncupantur שִׁחִים , unde etiam vox ista cum de aliis rebus usurpatur, *confligere, motu contrario inter se collidi*, redditur. Hunc autem *conflictum* inter particulas lucis emissæ, & redeuntem spiritum, vel oculis nostris cælum per telescopium intuentibus, inspicere licet. Hunc autem undulantis fluidi motum tremulum

veteres exhibuerunt per figuram serpentis crispantis sinuosa volumina caudæ; quem ipse etiam in radiis e הַמָּה effluentibus (vide figuram tertiam) quodammodo exhibere sum conatus.

Non autem abs re erit hoc loco observare, quam plurima vocabula, quæ officia inter homines tum civilia, tum bellica, tum socialia denotant, ab actibus variis cælorum esse desumpta. Ex. gr. Lucis est, præire, viam ducere, exinde מֶלֶךְ *rex, ductor exercitus*. Spiritus vim habet res loco movendi, itaque בַּעַל *dominus* usurpatur pro eo qui inter homines potestatem habet alios (alicujus rei causa) mittendi, accersendi. Ad eundem modum שָׁמַשׁ, גֹּר, עֵד, אֵשׁ, צַמְחָה &c. sensu ab actu aliquo cælorum mutato, de officiis, aut actibus humanis dicuntur.

Ne autem quæ modo de systemate mundano affirmavi gratis dicta, nullique innixa fundamento neotericis nostris videantur, pauca quædam de multis, quæ super hisce rebus a sacris scriptoribus citavit Author noster, in medium proferamus. De mundi plenitudine; *Jerem. xxiii. 24. Nonne cælum ☉ terram ego מֵלֵא implens. De cælorum densitate, simul & fluiditate Exod. xxiv. 10. עַצֵּם הַשָּׁמַיִם לְטָהָר corpus, sive substantia cælorum in puritate. Job. xxxvii. 18. חֲרִיקֵי עָמֹו לְשַׁחֲקִים חֻקִּים כִּרְאֵי מוֹצֵד expands cum eo æthera, fortia sicut speculum fuscum. De dissolutione aeris concreti intra focum solarem, ☉ ejusdem emissiones sub forma lucis, atque per consequentiam circulatione quoque. Job xxxvii. 11. quem quidem locum operæ prætium erit, ut accuratius & pro vero vocum Hebraicarum sensu reddam. אֵשׁ *Ignis ad orbem solis spi-**

Inde usurpatur, pro eodem sensu ideali, pro ista parte microcosmi, quæ hausit aeres crassiores, emittitque halitum. Hunc exhibebat *Apis Ægyptiorum*.

ritum intra se attrahens ברי quicum purus ipse sit [ignis] aeres introeuntes æque puros efficit יטריח magno cum nisu onus sustinet עב massularum concretarum eisdem incumbentium, nec tamen eundem de suo loco moventium, פיץ diffringit, ם dispersgit. * coagulatos aeres אורו lucem suam; † Et materia [cælorum] כחה פך conditione sua ם cursu mutatis, revertitur † בתחולתו in choro sua לפעלם ad operandum eos, [omne quicquid præcepit eis] על-פניי * super facies vertentes חבל orbis ארצה terra. De modo, quo e particulis lucis sibi invicem coherentibus formantur massula aereæ Job. xxxvii. 16. Nunquid scies עב מפלשי עב instrumenta (pro valore כט) a quibusvolvuntur pulveres (nec enim vox פלש unquam aliud significat, quam cineribus aut pulvere involvere) sive levissima corpuscula cælorum, donec efficiatur massula concreti eris, sive densitas. Nunc autem prodeat nobilis ille vatis regii locus Psalm. xix. 1. ם sequen. cui nihil simile aut secundum unquam protulerunt literæ Græcæ aut Romanæ. Quæ ibi verborum accurata proprietates! quæ simplex majestas! quæ perspicua brevitates! Hæc autem in

* Est part. novum, cum † in tertio loco ad denotandum effectum; unde autem sumpturi sumus ideam puritatis nos edocet quoque Solomon, Cant. vi. 9. ברה כחה pura ad instar ignis solaris; nempe in unaquaque alia cælorum parte, constat materia e mixtura spiritus & lucis, ast intra focum solarem, ignis est purissimus.

† Vid. Mos. prin. 126. * Vid. Mos. prin. 151. 165. * Vid. Mos. prin. 124. 135. 261.

‡ Lucem suam, i. e. foci solaris; lux enim semper denominatur ex eo loco, unde novissime venit. † Vid. fin. prin. 31.

‡ Pro sensu dato 1 Sam. x. 5, 10. LXX. χοροσ προσηλων. Chorus autem spiritus deorsum tendit, lucis autem sursum.

‡ פנה † Aspicere, respicere, vertere se, declinare.

hujusmodi studiis tyronibus, primum sublimem hanc converforum cœlorum descriptionem verbum verbo (quatenus utriusque linguæ patitur diversitas) reddere conabor, deinde majore cum libertate latinitate donabo השמים *Coeli מספרים instrumenta recensendi, enarrandi, gloriam irradiantis & opus manuum ejus instrumentum indicandi expansum. Dies diem excipiens profert אמר mandatum ejus & nox nocti succedens manifestabit scientiam. Non sermo & non verba, non est audita vox eorum; in omnem terram exivit קום substantia, materia; in extrema systematis mundani מליהם muta eorum signa. לשמש In usum lucis exeuntis posuit tabernaculum in eis; est autem tanquam sponsus egrediens e thalamo suo; gaudet sicut robustus, ad currendam viam; מקצה a termino [unius] extremi cœlorum מואצות locus scaturiginis ejus, & revolutio ejus super [altera] extrema cœlorum, & non est [quicquid] absconditum a חמתו particulis lucis ejus quæ calorem excitant. i. e. Materia cœlorum tam clare exhibet gloriam irradiantis, ac si in illis quasi in libro, de ea esset scriptum, & opus manuum ejus indicat motus ille a quo feruntur aeres. Quippe ex his & horum operationibus (terram inter omnes ejus motus sustentantibus & propellentibus) pendent dierum & noctium alternæ vicissitudines; quæ dum legia creatore sibi datæ perpetuo pareant, ejusdem bonitatem & sapientiam mortalibus demonstrant quorum, usui hæc omnia inservire voluit. Ordo tamen iste rerum adeo tacite, adeo tranquille procedit, ut sensibus nostris nihil exhibeat molestiæ, imo, ut observatum pene fugiat. Horum tamen substantia & motus cum cuncta compleant, & in omnia agunt, creatoris majestatem significan-*

tius innuunt & demonstrant, quam si viva voce loquerentur. $\tau\omega$ $\psi\mu\psi$ per cœlestem spatium se undique porrigenti, aeres, ac si essent ejusdem tentorium, tetendit: Qui quidem intra sphæram suam igneam, factus agilis, splendore amictus, & expansionis totius immensis viribus adauctus, ad instar sponsi ornatu suo nuptiali induti, & e thalamo prodeuntis, emergit, emicat, rapidissimeque per cursum suum effertur. Unde ad circumferentiam usque cœlorum delatus (quemadmodum curriculi sui spatium emensus athleta,) attacta tandem meta se iterum circumagit, & diversa semita regreditur; nec interim, dum gyros suos peragit, aliquid est in tota rerum compage, in quod vim suam non exerunt particulæ lucis ex $\eta\eta\eta$ foco solari exorientes.

Hanc autem nostram naturæ operatricis explicationem, ne novitatis, simul ac falsitatis arguant e coætaneis meis quidam, mathematicis (scilicet!) demonstrationibus innixi, literarum autem Hebraicarum rudes, monendi sunt tales, hæc, licet nunc dierum pro portentosis habeantur, ne Græcos quidem suos, & Latinos (utcumque in rebus physicis balbutientes) omnino latuisse; qui, (quemadmodum & aliæ gentes) hanc machinam pro deo coluere. Mercurius Trismegistus prope finem. *Mens quidem opifex, una cum verbo circulos continens, & celeri rapacitate convertens suam in se machinam reflexit, eamque volvi a principio sine principio ad finem absque fine præcepit; incepit enim semper ubi desinit. Et legimus apud Platonem, Timæo. p. 478. 480. Edit. Basil. 1534. In medio mundi animam habitare, atque inde ad extrema se porrigere, agitantes omnia, seque in seip-*

seipsam convertentem, ad extremum usque mundi tergum pervenire. Lucretius, Lib. 2. v. 149.

At vapor is quem sol mittit, lumenque serenum

Non per inane me at vacuum, &c.

Qui plura vult hujusmodi ipsum adeat Authorem nostrum.

His præmissis, jam tandem in viam redeamus. Ex ultimo Elahim mandato didicimus, jam intra poros globi solaris, sive מארת, accensum esse focum ignis, sive ארת; cum autem (prout antea affirmatum est) ex ea lege oriuntur omnes expansi motus, ut ^b crassiores aeres in locum tenuiorum irruerent, hinc factum est, ut istæ aeris spissioris massulæ, quæ solare corpus proxime attigerunt, a vi propulsiva expansi, intra sphæram ignis protrusæ sint, & ibidem actioni ejusdem violentissimæ subjectæ separatae sint & in ignem liquefactæ; unde hoc consecutum est, ut, cum atomi atomos feriatim impulerint, tantum cœlestis materiæ sub forma lucis emitteretur, quantum sub conditione spiritus influxerit. Hinc igitur a centro effluere primum incepit lux, & per cœleste spatium undique scaturiens in solidos tandem orbes est impacta; a quibus repercussâ in variis fluxibus terram petiit; & dum nova materies fonti lucis semper & continuo est suppeditata, in eandem agere perseveravit; & quousque integra mansura est rerum compages, perpetuo est actura. Pergit igitur dicere Elahim וידו למאורת *sint spiritus, lux, & globi cœlestes in usum unius machinæ in se perpetuo agentis, ad formandam at emittendam*

^b Ab eadem hac lege pendent alterni cursus ventorum (quos vocant.) Etesiarum, aliique aerum motus de quibus tractare non est operis præsentis.

lucem. Notandum autem est, hanc vocem a priori מֵאֵר, formatione, (ideoque & sensu) differre. Hic enim radix אֵר in *participium* deflectitur, ex insertione טֵי in secundo loco י; unde *actus perpetuus*, & *successive renovatus* designatur; (alia etiam mox occurrent exempla) est igitur אֵר *id quod perpetuo fluit*; (simul ac enim fluxus lucis *fistitur* fit חֵשֶׁךְ *tenebræ*) hic additur terminatio fœminina (תּ prout iri אֵרֶת) & adjicitur ם ad denotandum locum actioni isti dehinc destinatum; denotat igitur hæc vox *instrumentum illud, variis suis partibus, nempe luce, spiritu & globis compositum, a quo perpetuantur omnes fluxus, refluxusque lucis; sive, ut alio modo loquar, machinam illam, materia, modo & loco constantem, unde, quomodo, & ubi continuo formatur, & reformatur lux.*

: בְּרִקְעַת הַשָּׁמַיִם *In expanso cœlorum.* Nempe motus iste operationes mundanæ machinæ omnes, & ubique locorum sustentat.

: לְהַאֲרִיךְ עַל הָאָרֶץ: *Ad fungendum officium lucis super terram.* Huc omnia spectant, & in hunc usum sunt creata & formata; idcirco actu continuo revolvuntur aeres, rotantur globi, deducuntur fluxus lucis, ut telluris usui, & animalium ibidem habitantium, inserviant, dicit enim ea lux sola (sive ab אֵרֶת solari emissa, sive a cæteris orbibus fit reflexa) quæ tellurem immediate attingit, in eam agat; ut tamen actus ille promoveatur & sustentetur, cunctæ partes cœlestis *αυτοματῶς* conspirant; nec si vel unicum membrum desideretur, effectus necessarios obtinere potuisset. E plenitudine autem spatii cœlestis perpetuantur aerum motus, ex his motibus formatur & emittitur lux, & lux pro variis ejusdem reflexionibus a

corporibus expanso infitis, juxta stabilitas naturæ leges, agit in terram; quibus autem modis partim jam dictum est, partim mox fusius declarabitur.

Et juxta formam ab omnipotente simul & sapientissimo opifice excogitatam apte concinnata & ordinate disposita est rerum compages.

Atqui in hoc loco notandum est, has tres voces **ארת**, **מארת**, **מאורת**, cum res significant inanimatas, omnes pro more Hebraicæ linguæ fœmininam habere terminationem, nempe **ת**; at ut pluralis sint numeri, cum **י** ante **ת** desit, nemo unquam probavit, aut probaturus est. Quinetiam fieri non potuit, ut hæ voces ad litteram scriptæ per sacras SS. deinceps usurpentur (licet earundem plurima extent in aliis dictionibus vestigia) cum de machina mundana, de novo, & magis explicate jamjam tractaturus est Moses. Notandum est enim terminationem fœmininam **ת** nomini adjunctam, actionem sive proprietatem denotare; cum enim **ארת** fluere significat, est **ארת** fluxio, & **מארת** adjecto **מ** instrumentum paratum ad efficiendos fluxus lucis, nec tamen adhuc munere suo fungens; **מאורת** instrumentum idem non solum pollentia ad exequendum munus suum donatum, sed actu & reipsa officium suum exequens at vox **מאר** (qua jamjam usus est Moses) non instrumentum istud e globis & luce constans designat, sed fluxum lucis in terram agentis, & ibidem diem (de quo mox plura) & formantis & regentis. Exinde necesse fuit Mofi cum de luce dicturus esset, ut terminatio ista **ת** deinceps omittatur. Nomina autem quibus ille primum est usus cæteris etiam divinis scriptoribus exinde fuerunt in usu.

ויעש אלהים את השני המארת הגדלים את המאור הגדל לממשלת
היום ואת המאור הקטן לממשלת הלילה ואת הכוכבים:

Et fecit Elabim secundarum מארת, *ordinem corporum fluxus lucis planetarios, fluxum lucis principalem in usum regiminis diei, ☉ fluxum lucis inferiorem in usum regiminis noctis, ☉ fluxus lucis a stellis fixis.*

Quo ordine & in quem usum formati sunt aeres & corpora aeribus infita generatim jam recensuerat Moses. At quum variarum machinae caelestis partium variae fuerint in terram agendi & ratio & tempus, idcirco haec omnia figillatim explicare pergit. Inquit igitur, ☉ *fecit Elabim.*

Alterum lychnuchum, priori ☉ ordine ☉ potentia secundum; vox enim שני numerum exprimit tum ordinalem, tum cardinalem; at in hoc loco priorem retinere sensum, demonstrat, substantivum fingulare מארת. Lampadem autem huic lychnucho impositam, & fluxum lucis ab eadem ad terram usque derivatum, sub nominibus ירה & לבנה designat lingua sacra. Cum autem illa [*lux lunari corpori imposita*] luce pallida & quasi *albida* splendeat; hic, [ירה fluxus lucis exinde emissus, terram petens] una cum globo lunari per caelos *iter faciat*, (שמש enim τω fixum manet suum *tabernaculum*) exinde deduci videntur sensus idealis לבן *albescere*, & ארה *iter facere*. Job. xxxi. 26.

Et lunam (fluxum lucidum a luna deductum) *honorifice ambulantem.*

Fluxus lucis a planetis. Cum enim hi fluxus
lucis

lucis a globis hisce derivati, tum lucis quantitate, tum virtute quæ in terram agunt, a stellis fixis defluentibus præpolleant, idcirco omne quod præ cæteris rebus *magnitudine* five *potentia* eminent, ab hac radice, nuncupatur גרל. In horum cultum extructa sunt apud gentiles מגרלים, *loca*, five *templa his magnis dicata*; atque idcirco in memoriam horum a mundi conditore factorum, ad ratum faciendum numini suum honorem, quem Jehovah Elahim subductum hisce luminaribus (ac si virtutes quædam insitivæ, instar mentium (græce δαιμονες) iisdem necessario & inseparabiliter ineffent) nimis sæpe detulerunt gentes, & ne Hebræi cum his cælorum cultoribus sentirent, globulos quosdam, sub nomine גרלים, hosce orbes & fluxus & forma & numero exhibentes, capitibus, columnarum עמודים (de quibus mox plura) in templo imponi, atque etiam ab Israelitis manicis vestium dependentes, circumgæstari jussit Jehovah. 1 Reg. vii. 17. Deut. xxii. 12.

: לממשלה היום In usum regiminis diei, ממשלה est nomen substantivum fœmininum, cum præfixo מ ad denotandam potestatem, vim, jus imperii. De hoc autem imperio (cum, in dirigendo motum telluris, unde oriuntur vicissitudines noctium & dierum, & earundem dilatio & curtatio, constiterit) jam dictum est in exponendo sensum vocum להבריל בין היום ובין הלילה. Hic tantum observemus, diem esse eam aerum temperaturam, cui subjicitur hemisphærium telluris luci a centro prodeunti, pro tempore, oppositum; luci autem dominatur גרל את המאור הגרל *fluxus lucis præcipuus*; five (pro sensu את מ) *substantia fluxus* &c. quippe qui, durante die, ad superficiem telluris solus defertur; averfis nempe aliis

aliis omnibus lucis fluentis a longe validiore, quo hic proruit ad terram, impetu.

Et fluxus lucis minor ואת - המאור הקטן לממשלת הלילה: *in usum regiminis noctis*; At eum solidum telluris corpus majori lucis fluxui opponitur, languidiores & minus potentes rivuli a corporibus lunari & stellaribus defluentes, cursus suos peragunt, terramque attingunt.

Et fluxus lucis a stellarum fixarum corporibus. ואת הכוכבים: In memoria continendum est lectori, non ipsa corpora solida cœlestia, sed demissos ab eisdem per cœleste spatium fluxus, quorum extremitates telluris superficiei illiduntur, noctem & diem ibidem conficere. Corpora autem solida expanso infixæ, a fluxibus ex iisdem defluentibus, nominatim distinguit Jobus, xxii. ו 2. ראש *caput stellarum.*

De hoc autem imperio diei & noctis, qui plura scire cupit, quibus nempe legibus fundatur, cujus sub auspiciis, & quibus ducibus res geritur, quinam sunt milites gregarii, quantæ copiæ, quæ turmæ itinera faciunt, quæ castra (sive stataria sint sive erratica) frequentant, quæ stipendia merentur atque alia hujusmodi, ipsum adeat authorem nostrum has res ulterius prosequentem.

Et locavit eos Elahim in expanso cœlorum ad fungendum munus lucis super terram. וישן אתם אלהים ברקיע השמים להאיר על - הארץ:

Et locavit eos. וישן אתם Materiam corporum expanso in fitorum fluido adhuc statu existentem, variis portionibus, pro magnitudine futura uniuscujusque globi mox formandi, in variis per cœleste spatium sphaeris, disposuit Elahim; ut ex his vi compressiva expansi jam consolidatis, quidam pro distantia eorundem a cen-

tro (i. e. pro vario lucis & spiritus agendi modo, & cœlestis materiæ, cui innatant, in diversis sphaëris, temperatura) varia celeritate cœlestia spatia transcurrerent; quidam etiam ad circumferentiam usque adeo removerentur, ut inter quiescentes pene particulas lucis & spiritus, starent immobiles; deinde unicuique orbi lumen suum (i. e. pro uniuscujusque orbis magnitudine) imposuit; adeo ut ex his omnibus apte dispositis, fluxus a luminaribus derivati, pro uniuscujusque & inter se invicem & a centro, situ, & magnitudine, tum in se mutuo, tum in tellurem agant, ut, pro legibus naturæ mox stabiliendis, cuncti mundanæ machinæ motus.

ברקיע השמים *In* (atque idcirco ab) *expanso cœlorum*, per univèrsum spatium operante, ita promoverentur & sustentarentur.

[להאיר על-ארץ] *Ad fungendum munus super terram,* ut lux ad terram delata, ibidem cuncta sua officia exqueretur. Sunt autem ea quam plurima, & per magna, quæ summatim tantum attingit Author noster; scilicet, ut, agendo in fluidam cœlorum materiam quæ terram proxime ambit, isti aeres, qui telluri, inter procedendum per circulum ecliptici, a parte anteriore se opponunt, tenuiores efficerentur; unde per leviores cœlos circumducatur tellus; ut, ex ejusdem actu alterno super utrumque polum, nunc hic, nunc ille, centro lucis super terram agentis, aliquando se subducat, aliquando appropinquet; unde oriuntur variæ anni tempestates, atque aerum pro diversis tempestatibus, mutationes; quæ quidem ulterius etiam variantur, a vaporibus istis, qui ex actione particularum lucis, a terra elevati, in atmosphæram ascendunt. Quinetiam lucis operationibus

cuncta terrena corpora sunt obnoxia; huic singula suam formam debent. Hæc enim, ex immenso illo communi atomorum thesauro, e quibus hic orbis cum omni suo suppellectili conflatur, istas particulas ejusdem generis ad ædificanda ejusdem generis corpora, ita se- ligit & componit, ut ex eisdem formati sint corpo- rum tum vegetabilium, tum spiritum trahentium, duc- tus & canales, suisque humoribus repleti, & isti humo- res per ductus proprios impulsi. Præterea e motu & ac- tione harum particularum ad abyssum usque penetran- tium, sursum feruntur (per varias stratorum fissuras) aqueæ particulæ, usque dum ad cacumina montium pervenientes, in diem erumpunt, fiuntque fontium sca- turigines, rivi, flumina, mare, *Eccles. i. 7.*

Postremo, pro ratione effectuum lucis in hac nostræ telluris sphaera, earumque virium quibus lux agit in cor- pora terrena, creatæ fuerunt corpuscula (sive atomi) e quibus ista corpora formantur; adeo ut si aut alia es- set horum corpusculorum aut forma, aut magnitudo, aut etiam lucis alius, quam pro præsentis rerum statu, agendi modus & vires, turbatus esset omnino & peri- ret rerum terrenarum ordo & status. Ex his autem multa, mundo tantum proposita, at Authoris nostri summa sagacitate, & immenso labore ad umbilicum (nullus dubito) perducta, ut in lucem haud longo tem- pore sint proditura, magna me spes habet. Non autem tam ductus sum cupidine res cognoscendi naturales, ut hæc aveo conspiciere, quam ut ex hisce cognitis, quinam sint actus & secundæ Sacrosanctæ Triados Personæ, qui sub nominibus, *Luce, Irradiatore, Gloria Jehovah,*
Rege

Rege Gloria hominibus innotescere, & per typum visibilem significari se voluit, ediscam.

למשל ביום ובלילה ולהבריל בין האור ובין החשך וירא אלהים
כי טוב:

Et ad dominandum in die ☉ in nocte, ☉ ad dividendum inter lucem ☉ inter tenebras; ☉ vidit Elahim, quod bonum.

ולמשל וגו. *Et ad dominandum &c.* De imperio noctis & diei jam dictum fuit; nunc vero edocti sumus, has ipsas dierum & noctium vicissitudines ex antedictis causis pendere, & earundem effectus valere (lucis autem magis per diem, spiritus per noctem) ubicunque terrarum hæ vicissitudines successive peraguntur.

ולהבריל וגו. *Et ad dividendum &c.* Ante absolutam machinam, Elahim ipsos, *inter lucem ☉ inter tenebras divisisse*, dixit Moses; i. e. materiam cœlorum sub duplici conditione, a centro ad circumferentiam, & e contra a circumferentia ad centrum, bifariam distribuiffe: post autem formatam tellurem, eandemque super axem suam revolutam, lucem & tenebras eidem (has a tergo, illam a fronte) incumbentes, sub novis nominibus *diei*, & *noctis* designat; scilicet, ut hæc lux, & hæ tenebræ, ab istis alteris centrum & circumferentiam occupantibus, distinguerentur: nunc demum postquam omnibus numeris absolutam sit mundi *αυτοματων*, effectus omnes illi proprios attribuit; aitque, hoc non solum inter diem & inter noctem, sed & etiam inter lucem & inter tenebras dividere; hoc est, e vi propulsiva expansionis, totam cœlestis materiæ molem, a centro, ubi lux formatur,

ad circumferentiam usque, ubi densissimæ conspiciantur tenebræ, hinc, inde bifariam distribuere.

: וידא אלהים כי טוב: *Et vidit Elahim quod bonum.* Significat hæc vox טוב *ordinem rerum servatum esse*, prout, contrarium ejus רע *eundem esse turbatum.* Quemadmodum igitur dixerat Moses, Elahim variæ mundanæ molis membra ordinatim coaptavisse, ita nunc ait, absoluto jam opere toto, & per se agente, cursum rerum pro stabilitis a Jehova Elahim naturæ legibus, deinceps processurum esse.

Cum autem in tabernaculo Mosaico, cunctæ res, quæ ubique extant, ab ipso tertio cælo (puto secundum cælum esse domicilium beatorum Angelorum) usque ad hos nostros aeres inferiores, sub suis imaginibus sint adumbratæ (ad quas omnes explicandas, mortale aliquod ingenium, per se solum, nec alius alicujus viribus in-nixum suffecisse, quis, ante tot rerum pene inscrutabili-um indicia a magno *Hutchinsono* hominibus prolata, unquam sperare potuisset!) nec symbolum aliquod ibidem collocatum suo caruit antitypo, hoc etiam (de quo nunc agitur) cœleste luminare per omnes suas partes, sub forma aurei lychnuchi, cum supellectili sua, est exhibitum. Huic nempe scapus erat medius, sex rami, (quos fuisse fistulosos ad transfundendum oleum a centro usque ad extremitates ramorum, tum e voce קנה *canna*, tum ex eorundem descriptione *Zech. iv.* autumare fas est) quorum unusquisque (ut & scapus ipse) ornatus erat suis lancibus & malo granato, cui infidebat (pro more istius fructus) corona foliolorum, ad instar radio-rum, circulo dispositorum: quæ quidem omnia & sin-gula, ignem centram, fluxus lucis exinde emissos, lu-cem

cem inter poros planetariorum corporum agentem, ipsos quoque solidos orbes, & lucem ex anteriore earundem parte radiatim dispersam, quodammodo intuentium oculis subiciebant. Quinetiam observanda est distinctio quæ Moses usus est, cum dicit, oleum in usum מֵאֵר, fluxus lucis, jamjam fluxuræ; accensis autem lampadibus, cum lux & luce ipso actu effluente, usurpat מֵאֵר inferto ך. *Exod.* xxv. 7. *Num.* iv. 9. in quo ultimo SS. loco, ut & *Exod.* xxxvii. 17. occurrit vox alia sensus admodum cognati, מֵנֵר, composita ex מ & נֵר a נֵר; quæ affinitatem quandam cum נֵר *fluere* videtur sibi vindicare; *instrumentum unde lux flueret.*

Expositis jam tandem, pro Mosaica historia, variis mundanæ machinæ partibus, una cum nominibus unicuique propriis, divinum scriptorem hæc omnia pro ratione formati mundi, & breviter (nimirum hæc omnia probe intellexerunt Israelitæ) & luculente enarrasse, iudicabit mecum lector. Quinetiam sædos istos errores, qui e versione LXX. virorum derivati, cunctas alias inquinnare, pro se ipse castigabit; istum vero præcipue, unde corpori solari suum motum attribuisse videntur sacræ litteræ; e qua ansa arrepta, petulantes homunculi, scriptores sacros, tot calumniis, tot ineptiis petiverunt. At fileant isti, & his jam tandem suus redeat honos. Quæ autem super motu telluris protulerunt sacræ paginæ, omnia huc ad calcem operis relata esse volui; ut uno sub intuitu, possint conspici; vix dubitans, quin si mente nullis imbuta præjudiciis (re, fateor, inventu difficillima) concipiantur, multum ponderis habitura sint, ad amovendas istas opiniones, quæ animis recentiorum tam alte infederunt, de veterum circa res naturales ignorantia, & erroribus.

Aio igitur sacrosanctas affirmare. 1. Terram ea præditam esse forma, quæ ad peragendos motus suos optissima reddatur, i. e. spherica. *Job. xxxvii. 12.* על פני תבל ארץ *super facies vertentes orbis telluris.* *Prov. viii. 31.* תלה ארץ משהקת בתבל ארצה *ludens in orbe telluris ejus.* 2. Quo minus moveatur nihil esse obstaculi; *Job. xxvi. 7.* תלה על בלימה *suspendens terram super nihilum;* at בלימה reddi debuit, *constrictionem, restrictionem;* denotatque aeres istos, qui telluri inter procedendum se opponunt, efficiuntque ne motu *nimis concito* feratur; quemadmodum, os equi inter currendum restringit frænum, cursumque prohibet. 3. Reipsa moveri, per vocem גל, sive גלל; quæ quidem utrumque complectitur telluris motum, significatque tum rotare, tum per circulum procedere. *Psal. xcvi. 11.* ותגל הארץ *citro, retroque ferantur aeres,* & per gyros circumrotetur tellus. 4. Porro quum duplex sit telluris motus, voces utriusque proprias seorsim usurpant; istum nempe, quo circa axem suum rotatur, per פנה *aspicere, se convertere, facies obvertere,* designant; qua quidem voce, perquam significanter exprimitur motus iste, inter quam

* Significat hæc vox motum quasi reciproce peractum ad hunc modum dicitur autem de subsultu cordis; unde etiam pro mentis lætitia sive exultatione usurpatur; prout etiam de actu isto per quem agitatur corpus. *Prov. v. 18.* Cum autem utrumque hunc motum, istum nempe quo feruntur cœli, istumque quo fertur tellus, inter tripudiandum festis diebus gestulationibus suis quodammodo exhibuerunt & Israelitæ & Gentes, (illi in honorem Jehovæ Elahim, hi ad agnoscendum imperium *exercitus cœlorum*) idcirco ambo hæc vocabula (cum quibusdam aliis ejusdem generis) interpretes (qui hæc aut ignorabant aut pro vero verborum sensu reddere non audebant) *exultare, letari* &c. promiscue reddunt; cum tamen proprie, unum de cœlis, alterum de tellure, dicitur, nec unquam a sacris scriptoribus inter se confunduntur.



*Locus ubi primum
boreata fuit tellus.*

צפון

*Potus
arcticus.*




*Potus
antarticus.*

זורה הוה שם
id est se dispergens.

סוכב אלצפון
Boream ad arcuens

סולל
in locis

*Potus
arcticus.*



*Potus
antarticus*

דרום

*Locus ubi primum
austrata fuit tellus.*

peragendum, omnes suas facies, five segmenta, globus terrestris, aliam post aliam, nunc ad solem, nunc a sole, convertit; quinimo hæc vox telluri, primæ rerum se circumvertenti, primitus & eminenter applicatur. *Gen. i. 2.* Sic quoque *Exod. xiv. 27.* וישב הים לפניו בקר *Et reversum est mare ad aspiciendum mane:* i. e. lineam istam quæ ad partem telluris anteriorem inter tenebras & lucem ducit terminum, *mane* in tab. prima *Deut. xxiii. 11.* והיה לפניו ערב *Et erit ad respiciendum vesperi,* i. e. simul ac istud terræ clima de quo locutus est scriptor, ad lineam istam, quæ diremit terminos lucis & tenebras, a parte telluris occidentali, se converterit; *vesperi* in tab. prima. Atque etiam de diebus in genere. *Psal. xc. 9.* כי כל ימינו פנו *Quoniam omnes dies nostri converterunt.* At cum de pluribus diebus continuatis five tempore diuturno fit mentio, ad quod demetendum necesse fuit ut partem aliquam notabilem orbitæ suæ annuæ confecerit terra, tunc usurpari solet vox קוף *circumire, per circulum procedere.* *Exod. xxiv. 22.* תקופה השנה *in revolutione anni:* *1 Sam. i. 20.* לתקופות הימים *In revolutione dierum.* *1 Par. xxiv. 23.* לתקופה השנה *In revolutione anni.* Inspice tabulam primam.

* Hic observare liceat, ventum istum fere momentaneum, quem, si facies nostras soli orienti obvertamus, a tergo flantem, eo ipso temporis articulo, quo linea ista super orbis terrarum superficiem (meridianum vocant) cui nosmet insistimus, a tenebris emergens solem aspectat, sentire incipimus, oriri e motu spiritus in lucis locum ad punctum *mane* in tab. prima irruentis; qui quidem telluris convexam superficiem radens in nostra agit corpora, usque dum paulatim se versus solem inclinans id loci telluris, cui nos insistimus, huic spiritus impulsui se subducit. Quo minus autem huiusmodi spiritus statim sentimus, cum segmentum orbis, *vesper,* in tenebras vertitur, hoc est in causa; quod spiritus in vespertinam telluris partem agens a contrario spiritus deorsum fluentis motu opponitur; at in priori casu in tenuiores aeres sine ullo obstaculo irruit spiritus. vide Mos. princi. p. 173.

Ipsa porro instrumenta (seu causæ) a quibus impellitur & inter currendum dirigitur terra, (est autem ipsa vox ארץ *terra* a radice רץ *currere* deducta) lucem nempe & spiritum, & utriusque in tellurem diversum agendi modum, disertis verbis proferunt; prout *Gen. iii. 8.* לרוח היום *ad spiritum diei*; i. e. ad spiritum, in pileum lucis sive diem, ad vespertinam terræ partem, irruentem dicitur autem *spiritus diei*, quia isti conditioni aerum semper parit & morem gerit. *Cant. ii. 17. iv. 6.* עד שיפוח היום *donec efflaverit spiritus in die*; nempe lucis est, sive diei, spiritum in locum suum attrahere, spiritus irruere, quæ actio per פח aut נפח designatur. Quinetiam cum ipsum locum in quem agit spiritus, indicant scriptores sacri, *Prov. vii. 8.* בנשף בערב-יום *In exufflatione spiritus in crepusculo sive mixtura diei*; illic, ubi, vergente die, agit spiritus impulsio. Ita quoque de progressu lucis, & ejusdem agendi modo, *Prov. iv. 18.* באור נגה הולך ואור עד נכון היום *sicut lux, splendens, vadens & illuminans usque ad paratum diem*, i. e. sicut lucis particulæ e solari foco extrorsum protrusæ sub forma splendoris emicant, continuo cursu procedentes, & fluentes, usque dum ad superficiem telluris delatæ, pileum istum lucis ibidem efficiunt, quem *diem* vocamus. Media autem pars, istius pilei, sive locus telluris ex opposito solem spectans, ubi lux ° maximum spatium occupat, & potentissime agit dicitur *Exod. xii.*

° Hinc explicari potest iste spiritus actus, quem per menses æstivos sæpe sentimus; nempe, cum ventus a matutino tempore exortus, validius & validius usque ad horam tertiam pomeridianam (plus, minus) flare solet: deinde, vergente ad vesperam die, paulatim elanguescit, usque dum, cum dedecente luce, omnino sedatur.

41. עַצֵּם הַיּוֹם *corpus, substantia, robur diei*; ast versus vesperi, ubi fluxus lucis paulatim deficit, *Jud. xix. 9.* רָפָה הַיּוֹם לַעֲרֹב: *remisit se, [elanguit] dies, ad vesperandum.*

Ex hisce Scripturæ locis satis ample edocti sumus, spiritum a latere occidentali exufflantem tellurem impellere; lucem autem præire & ejusdem cursum dirigere. Quinetiam hi duo sub prædictis conditionibus, illa sunt instrumenta, a quibus universæ sectiones orbis terrarum, a polo ad polum ductæ, successive & alternatim, contrariis istis aerum temperaturis, quas *mane & vesperi* denominamus, offeruntur & subducuntur; unde etiam a Psalmista, *Psal. lxx. 9.* hoc nomine insigniuntur, מוֹצֵא בֶקֶר וְעֵרֵב: *Instrumenta (pro pollentia טַרְמָח) quæ efficiunt exitum ☉ mane ☉ vesperæ super terram.*

Cum autem fluida cœlorum materia sub gemina ista conditione tellurem circumfusa, eandem undique sustentet, idcirco, aeres, pro columnis quibus tellus est innixa, habentur, & a sacris scriptoribus, passim denominantur עַמּוּדֵי הַשָּׁמַיִם, *Columnæ aerum, sustentacula terræ*; hæ autem quatuor possunt numerari, ista nempe pyramis lucida, cujus fastigium solarem focum intrat, basis autem super terram fundatur; & tres spiritus columnæ, quæ telluri a tergo & ab utroque latere incumbunt. Quæ tamen in quam plurimas minores dividi possunt prout est videre f. 4^a tab. 1^{ma}. Ad has autem imitandas, istiusmodi columnas mucroniatas, quas Pyramides & Hermas vocant, erexerunt cœlorum cultores; harum etiam columnarum acrearum symbola erant arbores *palme*, תַּמָּר, quarum truncus (prout fertur) nullo pondere deprimi potest. Has igitur ob causas, ut Creatori rerum suus

constet honos, columnas עמודים *sustentacula* Jachin & Booz septem globulos lucis radios reflectentes, כדורים capitellis suis sustentantes, in templo suo erigi, & ejusdem muris palmas arbores insculpi jussit Jehovah Elahim.

Sed & ipsam quoque telluris orbitam annuam, five quem orbem magnum vocamus, apto designant nomine sacri scriptores, nempe חוג הארץ, *circulum quem continuo ducit tellus*. Cum autem apud Ægyptios istum actum cœlorum, per quem motus ille circularis telluris efficitur & sustentatur, referebat agnus (animal sacrum, qui & idcirco eodem nomine חג appellatum est) ob hanc, inquam, causam, jussum est Hebræis ut sub eodem nomine mactaretur, & festo paschatis omnium solennissimo comederetur; quinetiam ipsum festum ter sub eodem titulo celebratum esse legimus. *Exod.* xxiii. 18. *Psal.* cxviii. 27. Canaanæis etiam suum fuit templum, sub nomine בית חגלה *templum circulatoris per gyros* ^f.

Denique (ne quid desit unde summam veterum istorum in rebus naturalibus scientiam agnoscamus) polorum nunc hujus, nunc alterius, versus lucis centrum alternam conversionem istius ævi homines non latuisse, patet, a templo illo *declinatori* dicatum בית השטה, *Jud.* vii. 22. apud ^g Canaanæos. Sed hujusmodi testibus non eget

^f Idem erat numen Græcorum Hermes, ac חרם Canaanitarum. *Jos.* xiii. 27. nempe vis illa aerum propulsiva, a quo per aeres, a persequente spiritu, corpora provehuntur, aut manu aut aliquo alio modo projecta, postquam eisdem subducta est manus aut instrumentum projectionis; hinc alæ pedibus & capiti Hermarum sunt affixæ. Quinetiam sedem huic numini, verisimile est, vetustissimum illud monumentum apud nos *Stonebenge* dictum dicatum esse; cujus Saxorum intimus ordo ad instar pyramidum saxis mucroniatis constat.

^g Nullam fuisse insignem aerum actionem, cui apud Gentiles dicatum non fuit

eget causa nostra, huic libenter patrocinantur Reges & Prophetæ. Quæ de cælorum conversione senserunt Israelitæ ex sublimi illo loco regii Psalmistæ nuper citato jamdudum audivimus; nunc demum Solomonis verbis animum attendamus, magni patris magni filii, regis potentissimi, vatis insignis, poetæ grandiloqui, philosophi nulli secundi; ad cuncta igitur confirmanda, concludenda, & ut feliciter consummetur hoc opus, accedat tandem illustris ille locus Concionatoris, in quo telluris motus, movendi causæ, causarum agendi modus, planities per quam, & termini inter quos movetur, & utriusque poli alterna declinatio, aperte & expresse proferuntur. Sensum autem hujusce descriptionis lectori conspiciendum pro virili reddere conabor, nihil sollicitus de elegantia verborum meorum.

Concionandi exordium sumit Ecclesiastes ex hac observatione; cuncta scilicet quæ $\tau\omega$ $\psi\psi\psi$ (& per consequentiam ejusdem operationibus) subjiciuntur fluxu quodam (is est sensus $\tau\alpha$ h לכל vide Trinitatem Gentilium, p. 90)

fuit suum templum, e centum fere prolatis exemplis fufe probavit clarissimus Hutchinsonus in tractatu suo, *The Trinity of the Gentiles* dicto.

^b Cum sub eadem voce Hebræa varii sæpe concludantur sensus, unde hoc factum est, jam pridem partim indicavi; ast alia fuit etiam causa; nempe cum nomen aliquod rem aliquam sensu primario denotans, aliis etiam rebus, quæ quodammodo cum re ista primaria, aliquam habebant relationem, aut conditione aut alio quovismodo eandem imitabantur aut exhibebant, postea fuit inditum. E. G. $\psi\psi\psi$, quatuor habet significationes; 1. *Augurari, divinare, res futuras prævidere, aliisque prænunciare*; cujusmodi quidem scientiam sibi vendicare, solius est Jehovæ Elahim. Quis autem ille fuit, qui banc sibi primum e rebus creatis arrogare ausus est, non opus est ut dicam; cum autem *præstigiator iste sub forma serpentis latuit*, cum protoplastas fefellerit: idcirco, idem illud nomen, isti animali est attributum; deinde cum hæc bestia ænea sub imagine primum fusoris arte sit exhibitum, idem illud nomen istud quoque metallum indicabat; cum autem ad turpitudinem partesque

p. 90) retro; citroque ferri, & circumvolvi; quinetiam ipsos homines (rerum dominos, & quorum usui cuncta subserviunt) simul ac partes suas peregerint, scenæ subduci, & ex omnibus suis facultatibus ne minimis quidem reliquis secum deportatis, cuncta post se, in usum generationis proxime succedentis, relinquere; dein pergit hocce modo; ^י דור *generatio*, הֵלךְ *ingreditur*, וְדור ^י eadem *generatio* נֵא *discedit*. i. e. Materia ista, e qua corpora humana, (unaquæque in generatione sua) formantur & sustentantur, ex אֶרֶמָה five promptuario corpusculorum humi vegetabilis, a particulis lucis five שֶׁמֶשׁ in eadem a gentibus colligitur; & rursus, simul ac ista corpora dissolvuntur in eandem communem molem regeruntur; וְאֶרֶץ *Tellus autem* ^ל לְעוֹלָם *quoad usque mansura est* עֲמֵדָה *sustentatur*, i. e. inter omnes suos motus,

interiores denotandas usurpatur, ex eis quæ modo dixi, cur hoc factum est, colligere quis potest. Ita cum integritate sua, ab uxore sollicitatus, Adamus deciderit, idcirco עֵינַי & פְּתוּיָה, quorum istud, *concubitus maritalem*, hoc, partes mulieris obtegendas, sensu adhuc integro & honesto significabant, post lapsos protoplastas, pro *iniquitate & seductione*, usurpantur. Sic, דְּוֵרָה est, *virtutes insitas exerendi facultas*; proprie & primario dictum est de actu rationali animæ humanæ, at post *depravatas eorundem mentes*, & *miserias humano generi exinde obortas*, sumitur pro *ærumna, pravitate, & contritione*; unde fit etiam, הָוֵי, *vox lugentis*, i. e. *lamentantis*. גְּלוּלָה, ob cultam a Gentilibus semper *circulantem aerem materiam*, idemque nomen idolis eorundem inditum, usurpatur a sacris scriptoribus, (dedecoris causa) pro *stercore, pollutione*. Ob eandem forte causam, אָרָה & מְאָרָה (de quorum sensu recto & principali jam dictum est) pro *maledictione* sumuntur. Sic denique *fluxus iste* (Vid. *Trinitatem Gentilium*, p. 90.) per quem *commiscentur aeres*, dicitur בֵּל; sed cum fluxus iste, sub eodem nomine, a Gentilibus, pro numine sumptus est, & cultus, idcirco vox eadem, cum הֵמְלִיכָה ^י emphatica præfixa, הֵבֵל (ipse Bel) quandoque significat, *ipsa vanitas*; & in hoc loco, sensum retinet originalem; & reddi debuit, *ipse fluxus*.

¹ Est participium temporis præsentis; denotans actum *successive & continuo effectum*.

² Est part. temp. præf. *in usum continuae ejus durationis*.

rotationem,

rotationem, progressionem, declinationem, quoad usque cunctæ generationes humani generis successive eandem habitaturæ sunt, a fluida cœlorum materia, sustentatur. Quo modo autem hi motus efficiuntur, in ordine & pro præsentis concionis suæ tenore, narrare pergit Concionator. — ורח' השמש *Et dispergitur lux*, i. e. Idcirco lux solaris a spiritu solarem focum ingrediente extrorsum propulsa (vide Tab. tertiam.): Primum de centro, deinde per cœleste spatium intermedium, protruditur, usque dum (atomi atomos seriatim impellentibus) terræ facies sibi oppositas pertingit (vid. tab. tertiam.) וברא השמש & *discedit lux*, i. e. eaque super axem suum revolvente, lux, ex hoc nostro hemisphærio discedens, alterum ingreditur. ׀ ׀ ׀ *in locum suum*; componitur e ׀ ׀ ׀ significante *locum* & קום *substantia*; i. e. *spatium alicujus rei substantiam includens; locus in quo quis vel quid stat*; hic autem designat spatium istud lucidum, seu pyramidem particulis lucis repletam, cujus vertex ignem centram, basis autem terram attingit, (vid. tab. tertiam) ׀ ׀ ׀ ׀ *[lux] continuo recedens* (ubi reflectitur a superficie telluris) *in locum suum [אל מקומו] continuo*

¹ Exprimit hæc vox actum istum, per quem particulæ alicujus fluidi, frequentibus antecedentes seriatim impellentibus, opposito cuidam solido impinguntur, & exinde (manente eodem progressionis modo) quasi a centro recedunt. Hic autem usurpatur pro exitu particularum lucis a centro sive loco solis; mox autem pro eorundem recessione a superficie telluris. Vide tab. tertiam.

^m Videtur esse part. præf. vox קום, pro sensu jam dato; proprie autem de luce usurpatur.

ⁿ Est part. temp. præsentis. Sæpius designat eam conditionem lucis, unde recedens *admittit spiritum* (unde vox eadem pro actione animantium *spiritum* vel quid aliud *insurgentium* usurpatur; unde forsan vox anglice *to sup*) at hoc in loco indicat actionem lucis in lucem.

admittit

admittit lucem proxime sequentem. וּוְרוּחַ ° הוּא שֵׁם
continuo [est] dispergens materiam ibidem; i. e. ex sui ip-
fius in se continuo impulsu istas particulas, quibus inter-
fluendum opponitur telluris superficies, exinde extror-
sum sive sursum recedere cogit (inspice tab. tertiam.)
 ° אֶל-רוּחַ ° הוּא שֵׁם *continuo ire faciens, ducens [terram]* פ
 Est participium passivum temporis præteriti, nec (pro
 sensu vocis Hebraicæ) aut Latine aut Anglice, satis com-
 mode reddi potest; verbum verbo redditum, ita sonaret;
ad austratum [suum] i. e. ad eum locum cælorum,
ubi primum austrata fuit tellus; to the southed; to the
place where it first had southed. At de hoc mox plura.
 Apparet e tabula tertia inspecta, eo ipso temporis arti-
 culo, quo tellus transit punctum æquinoctiale (quod oc-
 cupat in nostro schemate, centrum solis) eandem versus
austratum suum deferri: ° אֶל-רוּחַ ° הוּא שֵׁם *est continuo circuiens*
 ° אֶל-רוּחַ ° הוּא שֵׁם *ad boreatum suum* (est part. pass. præter. ad instar
 formationis & sensus רוּחַ) i. e. & simulac attigerit ul-
 timum gradum declinationis suæ australis, relicto tropico
 perpetuo incipit redire per circulum eclipticum, donec
 tandem ad punctum æquinoctiale accedens, pergit iter
 suum conficere versus *suum boreatum*, (sive locum ubi
 primum boreata fuit.) ° אֶל-רוּחַ ° הוּא שֵׁם *perpetuo circuiens סַבֵּב*
circu-
lum; i. e. lineam eclipticam; est autem סַבֵּב nomen sub-
*stantivum. הוּא שֵׁם הוּא שֵׁם *ducens continuo spiritum; i. e.**
 lux,

..... Sunt part. temp. præf.

° טָד וְ תֵּיִן tertio loco insertæ hæc est vis; ut semper designet actionem præ-
 teritam, sive ante istum rerum statum, de quo tunc agit scriptor, peractam;
 וְ תֵּיִן secundo autem loco, prout sæpius observavi, actum continuum, & tunc
 temporis, cum de ea fit mentio, existentem denotat; cujus generis voces sunt
 multæ quas pro nominibus substantivis sumunt lexicographi; veluti רוּחַ (unde
 fit

lux, cœlos attenuando, parat viam spiritui motui lucis morem gerenti: ועל סביבותי & *super circuitus ejus*. Est autem סביבותי, *novum participium*, ex insertione טס in tertio loco natum; scilicet, ad *denotandum effectum*; hi enim circuitus, alternis quibusdam circuitibus originem suam debent; nempe, lucis, a centro ad circumferentiam, & spiritus a circumferentia ad centrum, delatorum; qui quidem motus ætherum oppositus omnium aliorum motuum causa sunt & origo; e cujus effectibus unus est, istæ circuitiones lucis super terram, quas includit vox סביבותי; hæ autem ad hunc modum ducuntur. Si radius lucis recta a solis centro ad terram usque delatus, ad instar penicilli, circuitus lucis (sive centri lucis super terram) delineare potuerit, tunc circulos istos (sive potius lineam istam spiralem) quos inter tropicum utrumque (i. e. istos tropicos, qui super terræ globum notantur) ductos exhibent in tabula tertia, numeri, 1, 2, 3, 4, 5. (sunt autem revera tot, quot gyrationes in anno perficit tellus) describeret; שב הרוח, *revertitur spiritus*,

fit novum participium רוח, *vapor, effectus, spiritus*) יום, קום, בול, חוג, &c. Hæ duæ regulæ de particulo ך permagno erint usui tyronibus inter legendum Scripturas Hebraicas.

¹ Cum in hac voce duplicetur secunda radicalis, quæ mea fit super hac verborum formatione sententia, proferre liceat. Videtur mihi denotare actum sive motum quodammodo duplicem; e. g. בלל est *inter fluendum commissere*; ac בלל denotat *motum fluidi duobus contrariis cursibus delati, & exinde factam commisionem*. Sic quod attinet ad סבב in hoc loco; primum peragitur circuitus ab uno tropico ad alterum, deinde fit recursio ab hoc altero tropico ad priorem, unde circuitio fit duplici & contrario motu; ita pro eodem sensu, usurpatur eadem vox, pro duplici circuitione lucis & spiritus se convertentibus ad circumferentiam. Ita quoque אפה circulatio materiæ cœlestis ad solarem focum ex irruente spiritu & emissa luce, facta. Fortasse etiam hæc loquendi formula designat etiam actum sæpius repetitum, sive renovatum; veluti cum per eundem circulum, itur & reditur; aut etiam motum aliquem circularem.

i. e. spiritus lucem, suum ducem, proxime a tergo sequens, ejusdem vestigiis insistit, & super eosdem illos circulos (sive lineam spiralem) quos in telluris superficiem duxerat radius a centro productus, itque reditque; nempe ab uno tropico ad alterum, & vice versa.

Exposito jam tandem, pro vera vocum Hebraicarum significatione, insigni hoc Solomonis loco, age, jam periculum faciamus, an e *Mosaicis principiis*, deduci possit notitia causarum, unde hos motus peragit tellus, & propter quas inter utrumque tropicum semper suos efficit gyros, nec unquam ultra hos terminos, per immensum æthereum campum feratur.

Scias igitur, lector, spiritum pro variis locis, quibus applicatur ejusdem impulsus, trifariam in tellurem agere; nempe, a tergo, a latere occidentali, & vicissim ab utroque polo. Nunc autem finge tibi telluris globum, a duplici solum impulsu, hoc, a tergo, illo, lineæ cuidam ductæ a polo ad polum incumbente, per planitiem quandam delatam esse e parallelo subter planitiem æquinoc-tialis exporrectam, & ad distantiam $23^{\circ} 30'$ eidem subjacentem. Hanc autem planitiem exhibet tibi (in tab. tertia) tropicus Capricorni. Manifesto apparet, quousque duplex ille spiritus impulsus in terram egerit, telluris globum per eandem hanc planitiem circuiturum esse; quin etiam perpetuo fruituram esse æquinoctio. At post peractum unum, alterumve cursum, finge tibi, simul ac pervenerit ad punctum istud, ubi ad solstitium æstivum sitam vides tellurem, impulsus spiritus (ex æquo huc usque utriusque polo impressum) aliquam ob causam, ad hunc modum fuisse mutatum; nempe, usque ad distantiam $23^{\circ} 30'$ subductum esse a polo arctico, & tot gradibus

gradibus ultra polum antarcticum processisse, & eodem modo telluris globo incubuisse, quo nunc agit pro præfenti rerum statu; cum ad solstitium æstivum sita est tellus; sive illo modo, quo vides in tabula tertia conum umbrosam, cujus basim solem recta aspicit, terræ incumbere: Quid (rogo) exinde sequeretur? scilicet, tellurem non amplius per antedictam planitiem delatum iri, sed e vi spiritus incumbentis descensuram esse (ac si vertex ejus manu impelleretur) versus alteram istam planitiem (quam tibi exhibet planities æquinoctialis) priori supereminentem; facta, ad locum ubi cœpit ascendere, inter utramque planitiem, angulo $23^{\circ} 30'$. Animadvertendum autem est, situm tamen polorum nullam e mutato ad hunc modum spiritus impulsu mutationem esse subiturum; cum enim e prima spiritus actione revolvisset globus, idcirco axis, sive linea ducta a polo ad polum, pro immobili est habenda; ut quæ constiterit a punctis, quorum nullum extra suum spatium moverit, sed unumquodque intra locum suum circumgyrata sit. Motui autem telluris inter ascendendum ad superiorem istam planitiem, favit quoque lux ista, quæ versus polum arcticum, leviter perstricta globi superficie, ulterius delata, aeres attenuando, telluri viam paravit. Per hanc igitur lineam (quam nunc Eclipticam vocamus) procedat terra, usque dum planitiem æquinoctialis attigerit, atque perpetuo inter ascendendum, subducatur se paulatim polo antarctico extremitas istius lineæ, quæ impulsu spiritus designat; & e contrario, altera ejusdem lineæ extremitas paulatim versus polum arcticum accedat; unde factum sit, ut simul ac ad punctum æquinoctiale tellus pervenerit, utrique polo ex æquo incumbat spiritus; nempe eo-

dem modo ac & antea incubuerit, cum in inferiore illa planitie delata fuit tellus. Quid exinde sequeretur? Dices forsan tellurem, pro hoc situ, debere per planitiem æquinoctialis deinceps deferri. Imo, ita profecto se res haberet, si e statu quiescenti ab isto puncto cursum suum orsura esset tellus; at memoria tenendum est, terram jamdudum per amplum curriculi sui spatium, e quo tempore a meta evolavit, percurrisse; atque etiam *inter currendum* punctum æquinoctiale attigisse; unde pro velocitate jam conquistata ultra nodum suum, ut deferretur, est necesse. Hoc igitur calculo sublato, feliciter cursum suum explicare pergat globus terrestris. Et jam finge tibi, lector, impulsus spiritus paulatim subduci polo antarctico, & ex æquo versus alterum polum procedere, usque dum ad solstitium hyemale delata tellure, eodem modo in eam agat spiritus impulsus, quo, a solstitio æstivo, versus planitiem æquinoctialis protrusa est. Quid inde sequeretur? nempe, tellurem nunc vicissim retro versus planitiem æquinoctialis descensuram esse; atque deinceps, quousque per aeres esset natatura, ab alterno spiritus impulsu, nunc in hunc, nunc in illum polum agente, huc, illuc, a tropico ad tropicum, gyros suos perpetuo eodem more esse confecturam.

Nihil autem jam restat, quin ut causam proferamus, unde factum est, ut spiritus impulsus, pro alio more in terram egerit, ac antea egisset in eandem, dum per planitiem illam 23° 30' planitiei æquinoctialis subjacentem delata fuit. Ea autem fuit translatio centri lucis primæ ævæ, die post creatam rerum substantiam quarto, e planitie illa, planitiei æquinoctialis 23° 30' subjacente, in solare corpus, quod tunc temporis in planitie æquinoctia-

lis situm est. Quemcunque igitur locum planitie istius inferioris, telluris globus tunc temporis occupavisset, cum solari corpori lux est indita, ibidem exinde foret ultimus ejusdem versus istum tropicum declinationis gradus, aut apsis; sive, ut Solomonis verbis loquar, illuc situm est istud punctum, ubi primum *austrata fuit* tellus. Hoc certum est, expansionem istam cœlorum, quam ante Formator orbis, motu suo sustinuit Elahim, multo aliter & vehementius in terram egisse, quam nunc solet; cum e spiritus impulsu, intra spatium vel unius diei in abyssum aquæ sint protrusæ, & ex actione lucis semina plantarum ab Elahim humo commissa, ubique terrarum germinaverint. Quinetiam ad hos effectus perficiendos aptissimus videtur iste telluris situs, e quo uterque polus luci obijciatur; aio, igitur, centrum lucis primævæ ita fuisse positum, & lucem in hunc modum per tres primos dies in tellurem egisse; quarto demum die solari corpori esse inditam, unde animalium mox formandorum saluti deinceps consuleretur. Fortassis etiam phrasis ista, *Job. xxxvii. 17.* בְּהִשְׁקָט אֶרֶץ מְדוּרָה in *quiescendo* sive *morari faciendo tellurem ad locum ubi austrata fuit*, denotat ejusdem intra idem fere spatium revolutiones, & quasi pausam, quas ad solstitium æstivum (ut & ad brumale; præcipue tamen ad æstivum solstitium, sive aphelion suum) ad aliquantulum temporis facere visa est; quæ quidem duo cœlorum loca, multo magis proprie, pro Hebraico more, *terristitia*, quam *solstitia*, nominari possunt.

Restant & alia quædam naturæ operatricis phænomena, quæ ex iisdem hisce Mosaicis principiis explicari possunt, quæ digito tantum indicare sat erit. Primum enim manifestum est, cum radius unusquisque lucis, ad instar

pyramidis quadrilateralis, inter procedendum a sole, divergit, ut, ad spatium duorum milliarium a solari foco, aeres quadruplo sint puriores, quam ad spatium quatuor milliarium, & quadruplo puriores ad spatium quatuor milliarium quam ad spatium octo milliarium, & deinceps per remotiores cœlos usque ad circumferentiam pro eadem proportione; unde consequitur, globum aliquem cœlestem, si spiritus a tergo solum in eundem ageret, pro ratione \square distantiae versus solis corpus esse descensurum. Quinetiam, si juxta eandem proportionem, vis spiritus, per aeres globum aliquem cœlestem proxime ambientes, ex aliqua alia causa, successive adaugeretur, corpus aliquod versus istum globum, pro eadem ratione ac in priori casu, protrusum fore. Atque ita se res habet quoad telluris atmosphæram. Solidum enim telluris corpus impressionem spiritus columnarum undiquaque sustinens, vim istam earundem impulsivam sistit & intercipit; adeo ut spiritui versus oppositam telluris superficiem corpus aliquod detrudenti, nihil sit obstaculi; unde sequitur, corpus aliquod, vi spiritus incumbenti detrusum, pro ratione \square distantiae, versus terræ superficiem, casurum esse. Prout res oculo apparet in figura quarta tabulæ primæ. Sint *a*, *b*, cæteræque pyramides, columnæ spiritus terram ex omni parte circumfusi; sit *c* corpus aliquod in aeribus suspensum; manifestum est, totam molem columnæ aeræ *a* usque ad cœlorum circumferentiam, isti corpori esse incubituram, & pro ratione \square distantiae, idem inter appropinquandum telluris superficiem continuo esse depressurum; cum columnæ spiritus *b* ex opposito terræ incumbens, neque vim suam ultra superficiem, quam attingit, exerere, nec pro pondere fluidi

fluidi in eadem conclusi in oppositum fluidum (interveniente solida telluris mole) gravitare posse.

Quinetiam, cum pro ratione superficiei, vis spiritus in corpus aliquod exeritur; (i. e. quo major est superficies, eo fortius impellitur;) exinde deduci potest ratio, ob quam terræ globus, gyrum suum non circulariter, sed *ελλειπτικως* peragit. Formam nempe habet oblate *σφαιροειδη*, & inter procedendum nunc latiore, nunc contractiore impulsui spiritus obvertit faciem; latiore autem & latiore, usque dum a puncto utroque æquinoctiali ad utrumque tropicum deferatur; unde necesse est, ut ambitum suum continuo ampliaret; contractiore vero & contractiore, quousque ab utroque tropico versus utrumque punctum æquinoctiale procedat; unde necesse est, ut ejusdem gyrus magis contrahatur & a circulo deficiat.

Fortassis etiam ex his quæ modo dicta sunt, ediscere possumus, unde formam istam, quam nunc gerit, tellus est adeptæ. Nempe ex actione spiritus & lucis, materiam ejusdem fluidam, post dissolutionem (cum factum est diluvium) reformantium. Cum enim vis spiritus utriusque polo (præ cæteris globi partibus) alterna vice incubuerit, ibidem telluris verticem utrumque depressit: Cum autem climata duos tropicos interjacentia (præcipue autem ipsa linea æquinoctialis) lucis actioni & tenuiori cælo sint expositæ, unde materia ætherum iisdem minus valide incubuit, exinde factum est, ut ibidem superficies globi intumuit, & longius a centro suo recessit. Veri autem simile est, formam telluris antediluvialis fuisse perfecte rotundam.

Hinc etiam edocti fumus, ob quam causam planetæ, quo remotius fiti sunt a sole, eo tardius progrediuntur per suas sphaeras; nempe pro ratione adauctæ densitatis aerei fluidi (Licet pro forma corporis planetarii, & partibus quibus applicatur spiritus impulsus, fieri possit, ut remotior orbis motu magis celero circa axem suum revolvatur, quam unus e propinquioribus.) Imo si quis e nostro numero lunaria phaenomena ex antedictis causis explicare aggressus fuerit, huic ego laboris sui exitum foelicem fore spero, confido, prædico.

Authoris Notæ, de quibus ad initium libri locutus sum, sunt hæc:

Si ecliptica [ista nempe linea spiralis quæ super telluris globum ducta est inter utrumque tropicum] revera esset filum, aut chorda telluri circumplicatum, vox $\pi\pi\pi$ aut designat aut includit modum istum, quo radius lucis a sole ductus telluri impingens, inter reflectendum, divergit, pro ratione anguli crescentis.

Lux ultra polum delata [nec reflexa] efficit, ut ibidem frigus maxime valeat.

Adamantes prope lineam æquinoctialem præcipue inveniuntur; nempe, quia ibidem corpora ex atomis quam arctissime cohærentibus compacta [ex actione particularum lucis] adveniente diluvio sunt dissoluta.

P. S. Non est quod sperent lectores mei, omnes omnino e medio sublatas esse difficultates, cum restent adhuc plurimæ authoris nostri chartæ nondum editæ, unde (si modo Deo annuente in publicum prodierint) multum lucis operibus ejus jam in mundum emissis affulsurum esse, nemo ibit inficias. In his nempe agitur (ut puto) de usu stellarum fixarum, de nucleo* telluris interno, de operatione spiritus & lucis ad abyssum, de fontium origine, &c. hæc autem utcunque ardua; ut ex Authoris nostri laboribus harum rerum studiosis tandem patefiant magna me spes habet & cupido.

Non habeo quod adjiciam, nisi quod lectori notum faciam, me, diu tergiversantem, atque munus hoc detrectantem, hoc opus non nisi ejusdem auxilio fretum, tandem suscepisse; unde admonitionem subsequenter ipsius (dum in vivis esset) jussu, inserui.

Absolutum hoc nostrum opusculum authori nostro perlegendum, & si quibus in locis a sensu ejus aberraverim, castigandum commisi, ipsoq; approbante, tandem edidi. Si quis igitur super Mosaicis Principiis litem movere cu-

* Hic addere libet quædam e tractatu a *Whistone* nostro edito, & hunc titulum præ se ferente, *The Longitude and Latitude found, &c.* desumpta. *I have also very lately been shewn by Mr. Hutchinson, a very curious and inquisitive Person, a Copy of a Manuscript Map of the World made about 80 Years ago, taken by himself from an Original (At, ni multum fallor, ejusdem manus opus erant archetypus & exemplum) wherein the Variation is reduced to a Theory, much like that which Dr. Halley has since proposed; and in general exactly agreeing to his Observations—But with this Advantage, that therein the Northern Pole of the internal Loadstone is much better stated than it is by Dr. Halley—its Place then being, according to this unknown, very curious, and sagacious Author, about the Meridian, &c. which antient and authentick Determination of its Place, I desire my Reader particularly to observe, &c.*

piat, sciat ille ipsum Dom. HUTCHINSONUM hujusmodi objectionibus, simul ac propositæ fuerint, paratum esse ut occurreret; mihi autem brevem hanc eorundem explanationem, figurasque nostras in usum tyronum edidisse, fat esto.

F I N I S.

Pag. 12. lege quod sequitur.

Significatio טז בקר est, *quærere, inquisitionem facere*; quod quidem *Primæ Personæ* est officium; unde etiam animal istud eundem exhibens in *Cherubim*, sive Sacrosanctæ Triados symbolo, nempe *Bos*, idem gessit nomen (prout כפר tegere, obtegere, protegere, quod officium est *Secundæ Personæ*, *Leunculum* denotat ob eandem causam.) Cum autem *mature surgere*, sive *manicare*, pars est *aliquid diligenter quærentis*, idcirco vox בקר mane denotans sub hac radice concludi, & ad hanc ideam referri videtur.





